This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Class
1228
90

Digitized by Google

Class 1228.90

Harvard College Library

FROM

By exchange

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2235 Cof
Class 1228.90
Cover

DE LIBRORUM TITULIS APUD CLASSICOS SCRIPTORES GRAECOS NOBIS OCCURRENTIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINE
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

EDUARDUS LOHAN
SILESIUS.

MARPURGI CATTORUM
MDCCCLXXXX.

Digitized by Google

Harvard College Library
Mar. 7. 1902.
By Exchange.

Digitized by Google

THEODORO BIRT

SACRUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Hac demum aetate studium percrebuit in historia litterarum Graecarum magna multitudine rerum fictarum obruta res de scriptoribus eorumque operibus traditas diligenter examinandi atque vera a falsis diiudicandi. Sed quamquam magnos progressus hac in re iam factos esse concedendum est, tamen haudquaquam adhuc omnium rerum ad litteras Graecas pertinentium veram speciem cepimus rationesque historicas satis perspectas habemus. Equidem unam tantum rem aggredi constitui, quae non nullius momenti mihi videtur esse, sed adhuc terra a viris doctis tantum non inculta permansit, dico titulos librorum aetate classica quae vocatur vel potius ante Alexandrum fere Magnum scriptorum. Facillime enim auctoritate veterum scriptorum eo adducimur, ut usum nostrum sequentes nomina, quibus ad aliorum libros breviter significandos utuntur, indices putemus ab ipsis eorum auctoribus in iis inscriptos. Tamen nobis cavendum est, ne temere quamlibet breviorem operis significationem pro genuino titulo venditemus. Ita enim ut agamus, cum aliis rebus movemur tum eo quod saepius varios eiusdem scripti indices apud posteriores scriptores reperimus. Quaenam igitur fides traditis illorum librorum titulis habenda est?

Hanc quaestionem ita solvere conabor, ut hac in dissertatione eos quibus scripta citantur locos ex scriptoribus classicis qui dicuntur collectos tamquam fundamentum disputationis meae ponam atque statuam, quid ex iis de nostra re erui possit, deinde

Digitized by Google

alia commentatione eorum, quae hoc modo inveni, ratione habita de omnibus eorum de quibus agitur scriptorum titulis exponam.

Ut autem subsidia, quibus hac in re adiuvor, commemorem, duos tantum viros hic notabo, Bergkium scilicet, qui solus quod sciam totam quaestionem nostram in primo volumine libri sui de litteris Graecis scripti tractavit (I, 220 ff.), sed summatim neque eorum quae docet testimonia afferens, et Hippenstielium, qui peculiariter de Graecorum tragicorum principum fabularum nominibus dissertatione Marpurgi a. 1887 edita egit.

Digitized by Google

Totam aetatem classicam, quae quidem a nobis ex monumentis servatis cognosci possit, attente ad illum quem indicavi finem perquirens inter Alexidis demum poetae comici Alexandro Magno supparis fragmenta locum inveni, quo tituli in libris inscripti — *ἐπιγράμματα* — commemorantur. Haec enim verba ap. Athen. IV p. 184^b legimus: *Ἄλεξις ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Λίνῳ — ὑποτίθεται — τὸν Ἡρακλέα παρὰ τῷ Λίνῳ παιδευόμενον καὶ κελευσθέντα ἀπὸ βιβλίων πολλῶν παρακειμένων λαβόντα ἐντυχεῖν. ἐκεῖνος δ' ὀψαρτικὸν λαβὼν βιβλίον ἐν χεροῖν περισπουδάστως ἐκράτει. λέγει δ'οὕτως ὁ Λίνος: ΛΙΝ. Βιβλίον*

ἐντεῦθεν ὅτι βούλει προσελθὼν γὰρ λαβέ,
ἔπειτ' ἀναγνώσει πάνυ γε διασκοπῶν
ἀπὸ τῶν ἐπιγραμμάτων ἀτρέμα τε καὶ σχολῇ.
Ὀρφεὺς ἐνεστιν, Ἡσίοδος, τραγῳδίαι,
Χοιρίλος, Ὅμηρος, Ἐπίχαρμος, συγγράμματα
παντοδαπά. δηλώσεις γὰρ οὕτω τὴν φύσιν,
ἐπὶ τί μάλισθ' ὥρμηκε. ΗΡ. τουτὶ λαμβάνω.
ΛΙΝ. δεῖξον τί ἐστι πρῶτον. ΗΡ. ὀψαρτυσία,
ὡς φησι τουπίγραμμα. ΛΙΝ. φιλόσοφός τις εἶ,
εὔδηλον, ὃς παρεὶς τοσαῦτα γράμματα
Σίμου τέχνην ἔλαβες.

Inscribebantur igitur Alexidis temporibus in aliqua exteriore voluminum parte indices, quibus librorum et auctores nominabantur et argumenta breviter significabantur. Apertum

Digitized by Google

est hos esse illos sillybos, quos membranulis in voluminum frontibus illigatis constitisse ex posteriorum aetatum et scriptoribus et picturis nobis notum est. cf. Birt. De re librar. p. 66 sqq. Quamquam vox ἐπίγραμμα tali modo usurpata prius ne comparet quidem, tamen hunc morem etiam superiore aetate fuisse verisimile est. Nam iam quinto ante Christum saeculo in Graecia maximeque Athenis ampla librorum mercatura facta est. cf. Birt. l. l. p. 433 sqq. Quotiescumque autem multi libri in bibliothecas confluebant, quasi ipsa rei natura postulabat, ut singuli, quo facilius primo obtutu inter sese distingui possent, inscriptionibus qualibuscumque notarentur.

Hic etiam praemonendum est duo genera titulorum esse, non solum eos, quibus totum aliquod genus dicendi indicatur, sub quo eae quae in libro insunt res vel tractationis modus subici possunt, sed etiam eos, quibus specialiter argumentum libri ipsum appellatur. Et illorum tantum exempla Alexis nobis profert: τραγῳδίαι, ὀφαρτισία. At nos proprie dicentes non nisi specialibus titulis hoc nomen indere solemus, quippe quibus optime ad titulorum finem eum scilicet perveniatur, ut libri et distinguantur et ipsa nominatione dignoscantur. Atque speciales indices ea de qua agimus aetate haudquaquam deesse postea probabitur. Hac autem in dissertatione de ambobus his indicum generibus mihi agendum est atque videndum, inter tot et tam varios quos traditos accepimus, qui tandem ab ipsis librorum auctoribus confecti sint. Spero enim hoc modo hanc commentationem ad exteriorem librorum Graecorum formam cognoscendam aliquid utilem futuram esse. Ita autem materiem disponam, ut in varia genera litterarum seorsum inquiram.

Denique mihi non tacendum est me in re mea summopere ab eo adiutum esse, qui totam veterem Graecorum et Romanorum rem librariam et uberrime et acutissime tractavit, a Birtio, praeceptore meo carissimo.

Digitized by Google

Litterarum Graecarum primum **poesis epica** exculta nobis occurrit. Prodierunt autem ex ingenio populi veterum Graecorum iam initio temporum nobis notorum duo magna carmina epica omnibus aliis et laude et auctoritate longe praestantia: Ilias et Odyssea. Quae cum saepissime recitarentur sive legerentur, mox certis nominibus designata fuisse consentaneum est neque ullo tempore iis alia nomina atque haec indita esse scimus. Inveniuntur autem haec nomina: *Ἰλιάς*: Herod. II, 116, 117. — Plat. Hipp. min. 363 b. Legg. 658 d. Civ. 392 e. Io. 539 b. — Xenoph. Conv. III. — Aristot. Poet. 4. 1448 b 38 — 8. 1451 a 21 — 15. 1454 b 2 — 18. 1456 a 13 — 23. 1459 b 3 — 24. 1459 b 14 — 26. 1462 b 3, 8 — Hist. an. ι 12. 615 b 9 — Poet. 20. 1457 a 29 — Met. ζ 4. 1030 b q — η 6. 1045 a 13 — Anal. post. δ 10. 93 b 26 — 7. 92 b 32 — Met. ζ 4. 1030 a 9 — Top. ι 24. 180 a 21 — Aeschin. contr. Tim. 128[1]) — contr. Ctes. 100.

Ὀδύσσεια: Herod. II, 116 — Plat. Hipp. m. 363 b. Civ. 393 b. Legg. 658 d. Phaed. 94 d. Jo 538 e. Min. 319 d. Xenoph. Conv. III — Aristot. Poet. 4. 1449 a 1 — 17. 1455 b 17 — 1460 a 35 — 26. 1462 b 9 — 1451 a 20, 24 — 23. 1459 b 3 — 24. 1459 b 15 — 13. 1453 a 31 — Rhet. γ 3. 1406 b 12.

Quamquam Iliadis nomen vix ad aetatem eius referendum est, qui in prooemio de argumento versuum a dea canendorum haec profert: *Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληιάδεω Ἀχιλῆος οὐλομένην*

---

[1]) *τὸν Ὅμηρον πολλάκις ἐν τῇ Ἰλιάδι λέγοντα πρὸ τοῦ τι τῶν μελλόντων γενέσθαι. „φήμη δ' εἰς στρατὸν ἦλθε.“* Ad Iliadem parvam hoc fragmentum referendum esse vix recte statuerunt Welcker Cycl. ep. I p. 133 not. 153. et Bode Poes. gr. vol. I p. 289. et Düntz. (Fragm. poes. epic. Gr.) — cf. Hiller. Mus. Rhen. 34, p. 337, 8.

Digitized by Google

κτλ. Etenim qui hoc prooemium fecit verbis μῆνος Ἀχιλῆος tituli instar uti videtur. Sed ab eodem totam Iliadem ut nunc exstat non profectam esse inde sequitur quod Achillem cum Agamemnone reconciliari iam in carmine T legimus. Verisimile igitur est nomen Iliadis tum demum in communem usum venisse, cum hoc carmen in hodiernam formam iam redactum fuit.

Idem nomen Iliadis alii carmini epico inditum est, quippe quod rerum a Graecis ante Ilium gestarum narrationem ad finem perduxerit. Ad hoc nomen etiam prooemium quadrat, quod hoc est: Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην εὔπωλον. Sed brevitatis nota (μικρά) addita est, quod posterius carmen priore multo brevius erat. Complectebatur enim quinque fere libros.[1]) — Nomen Ἰλιὰς μικρά primum nobis apud Aristotelem (Poet. 23, 1459 b 2, 5) occurrit. Num etiam Hellanicus historicus eo usus sit, ex schol. ad Eur. Tro. 821 (οἱ δὲ Κιναίθωνα Λακεδαιμόνιον (auctorem parvae Iliadis esse tradunt) ὡς Ἑλλάνικος)[2]) non satis certo effici potest.

Huc pertinent etiam nomina **rhapsodiarum Iliadis** i. e. earum eius partium, quae quodammodo totum quiddam efficiunt neque longiores sunt, quam ut uno tenore a rhapsodis recitari potuerint. Quotiescumque enim Graeci, qui ante Alexandrinam aetatem scripserunt, accuratius versus ex Homeri carminibus citant, numquam litteris alphabeti utuntur, sed rhapsodiarum nominibus. Nam eam quae nunc exstat in quattuor et viginti carmina divisionem Alexandrina demum aetate factam esse ex hoc loco discimus: Pseudo-Plutarch. de vita Hom. c. 4: εἰσὶ δὲ αὐτῷ ποιήσεις δύο Ἰλιὰς καὶ Ὀδύσσεια διῃρημένη ἑκατέρα εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων οὐχ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τῶν γραμματικῶν τῶν περὶ Ἀρίσταρχον. Huc adde quae Aelianus in var. hist. XIII, 4 tradit: Τὰ Ὁμήρου ἔπη πρότερον διῃρημένα ἦδον οἱ παλαιοί. οἷον ἔλεγον Τὴν ἐπὶ ναυσὶ μάχην καὶ Δολώνειάν τινα κτλ'. Rhapsodiarum nomina in omnium ore et diuturna consuetudine quasi sacrata fuisse oportet, cum easdem rhapsodias non modo hoc modo illo nomine notatas, sed earum eadem

[1]) Vocem μικρά non ad brevitatem carminis, sed ad posteriorem aetatem spectare Bergk (Hist. litt. Gr. II, p. 50) mihi non persuasit, cum talis usus eius alioquin prorsus ignotus sit.

[2]) De Hellanico historico, non de grammatico Alexandrino cum Welckero cogitandum esse recte mihi Bergk (II, 31) et E. Hiller in Mus. Rhen. 42 p. 335 censere videntur.

Digitized by Google

semper nomina commemorata inveniamus. Commemoratur autem ab Herodoto II, 116: Διομήδους ἀριστεία (laudantur Il. VI 289—292). In nostris exemplaribus ab Alexandrinis profectis quinto tantum libro indicem Δ. Α. praefixum videmus. Herodoti igitur temporibus haec rhapsodia plura continebat = Il. V—VI 311. Alexandrini enim in libris discernendis antiquarum rhapsodiarum ambitus neglexerunt, quotiescumque usitatam librorum magnitudinem nimis transibant. cf. Birt. De re librar. p. 467 sqq.

A Platone Civ. A, p. 614 B et ab Arist. Poet. c. 16. 1455ª 2 et Rhet. γ 16. 1417ª 13 citatur Ἀλκίνου ἀπόλογος = Od. IX—XII; hoc nomen ab Alexandrinis grammaticis in Od. IX restrictum est, quamquam etiam in libros X—XII quadrat atque ab Aristotele (Poet. c. 16) etiam de fine octavi libri usurpatum est, ubi Alcinous, cum Ulixem flentem animadvertisset, eum errores suos narrare iubet. Nomen ob formam decurtatam maxime memorabile est. Ita enim aperte explicandum, ut intellegatur [ἐν] Ἀλκίνου [οἴκῳ] ἀπόλογος (scil. Ὀδυσσέως). Inde hanc significationem pertinentem ad eam partem quae inter pulcherrima est Odysseae longo usu hominum valde contritam esse luculenter apparet

Inveniuntur porro apud Platonem Hipp. min. 364ᵇ et Crat. 428ᶜ: Λιταί = Il. IX (recentior noni Iliadis libri inscriptio haec est: Πρεσβεία πρὸς Ἀχιλλέα; vetustior conservata est apud Dionys. Hal. VIII 15, IX 4 et 8 et 14 et apud Athen. I p 11 b), Io 5 II ᵇ: Τειχομαχία = Il. XII — Min. 319ᵈ: Νεκυία = Od. XI — Io 537ª: Ἱπποδρομία ἡ ἐπὶ Πατρόκλῳ = Il. XXIII 257 — 652, quamquam, cum haec rhapsodia pars tantum sit eorum versuum arte cohaerentium, qui ab Aeliano Var. hist. XIII, 4 Ἆθλα ἐπὶ Πατρόκλῳ nominantur, dubitari potest, utrum Plato veram rhapsodiam vulgo ab aliis discretam, cuius nomen ab insigni parte argumenti petitum sit, hoc modo significaverit an potius ipse brevitati in citando studens id nomen finxerit. Iliadis cantum XVI Aristoteles Hist. an. 32. 618ᵇ 26 verbis Πριάμου ἔξοδος designat, cum eiusdem libri inscriptio Alexandrina sit Ἕκτορος λύτρα. Sed hoc quoque nomen aetate Alexandrina prius esse inde patet, quod ad tragoedias significandas adhibitum est. Sane Aeschyli tragoedia Φρύγες iniuria etiam Ἕκτορος λύτρα nominatur, cf. Hippenst. l. l. p. 12 et 34 sqq. Sed tragici Graeci aetate posteriores et eos sequentes poetae Romani hoc titulo usi sunt. cf. Bergk. I, 443.

Digitized by Google

Odysseae librum XIX Aristoteles nominat *Νίπτρα* Poet. 16. 1454 b 30. 24. 1460 a 26.

Homero adscriptum est etiam carmen *Μαργίτης* nominatum. Quod nomen antiquissimum esse videtur. Archilochus enim hoc carmen Homeri esse testis fuerat (Eust. ad Arist. Ethic. Nic. p. 65 B) [1]) et Zeno philosophus de eo scripserat (Dio Chrys. Or. 53 § 4): fortasse ambo illud nomen commemoraverant. Cratinus quoque et Plato de Homeri Margite locuti sunt (Eust. ad Arist. Eth. Nic. p. 65 B — Alc. II p. 14 7 C), sed illius quidem verba nobis non servata sunt, hic personam, non carmen nominat. Primum apud Aristotelem certo titulus noster invenitur: Poet. 4. p. 1448 b 28. — Eth. Nic. XI 7 p. 1141 a 12.

Carminis heroici nomen traditum *Ἔπη Ἀριμάσπεα* Herodoti temporibus iam vulgo notum fuisse, non vero ab Aristea Proconnesio, eorum conditore, profectum esse, sed postea demum in communem usum populi pervenisse ex hoc loco colligendum est: Herod. IV, 14 : de Aristea Proconnesio : *μετὰ δὲ ἑβδόμῳ ἔτεϊ φανέντα αὐτὸν ἐς Προκόννησον ποιῆσαι τὰ ἔπεα ταῦτα τὰ νῦν ὑπ' Ἑλλήνων Ἀριμάσπεα καλέεται.*

Aliorum carminum epicorum ea de qua agimus aetate haec commemorantur: Herod. II, 116: *ἐν τούτοισι τοῖς ἔπεσι* (Il. IV, 289 — 292) . . *δηλοῖ ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστι, ἀλλ' ἄλλου τινός* . . 117: *ἐν μὲν γὰρ τοῖσι Κυπρίοισι εἴρηται ὡς κτλ.* Arist. Poet. 23. 1459 b 2, 4: *ὁ ποιήσας τὰ Κύπρια, ἐκ τῶν Κυπρίων πολλαὶ τραγῳδίαι.* Num etiam Pindarus ap. Aelian. var. hist. IX, 15 nomen Cypriorum usurpaverit his ex verbis non certo concludi potest: *λέγεται δὲ κἀκεῖνο πρὸς τούτοις ὅτι ἄρα ἀπορῶν ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα ἔδωκεν αὐτῇ προῖκα ἔχειν τὰ ἔπη τὰ Κύπρια, καὶ ὁμολογεῖ τοῦτο Πίνδαρος.* Hoc nomen inde ductum esse apertum, quod carminis auctor, sive Stasinus Cyprius fuit sive alius quis, Cypro ortus aut carmen in hac terra compositum est. Atque ex ipsis Cypriis originem manifesto cerni potuisse recte Bergk mihi videtur suspicari (II, 44).

Apud Herodot. IV, 32: *Ἀλλ' Ἡσιόδῳ μέν ἐστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα, ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ἐόντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε.* —

---

[1]) Sane Archilocho Aristophanis nomen substituit Ruhnken ad Vell. Pat. I, 5 p. 20 allato Av. 900 cum schol.

Digitized by Google

Apud Aristotel. Poet. c. 8, p. 1451ª 15: *διὸ πάντες ἐοίκασιν ἁμαρτάνειν, ὅσοι τῶν ποιητῶν Ἡρακληΐδα καὶ Θησηΐδα καὶ τὰ τοιαῦτα ποιήματα πεποιήκασιν.*

Quod Pausanias IX, 9, 5 scribit: *ἐπειδὴ δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαΐς· τὰ δὲ ταῦτα Καλλῖνος ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι. Καλλίνῳ δὲ πολλοί τε καὶ ἄξιοι λόγου κατὰ ταὐτὰ ἔγνωσαν* (pro tradito *Καλαῖνος, Καλαίνῳ* Sylburg *Καλλῖνος* et *Καλλίνῳ* restituit) inde vix colligi potest Callinum titulum *Θηβαΐς* adhibuisse, cum talis citandi ratio a veterum carminum elegiacorum natura abhorreat. cf. E. Hiller. Mus. Rhen. 42, p. 224, 5.

Vidimus satis multa nomina carminum heroicorum a scriptoribus classicis qui vocantur nobis tradita esse, ut eiusmodi carminibus certa quaedam nomina si minus ab eorum auctoribus, attamen a populo indita esse statuendum sit. Etiam Bergk (I, 220) censet poetam epicum, qui prioribus temporibus carmen suum non ad legendum ediderit, sed ipse consessui audientium recitaverit, nulla re commotum esse, ut ipse nomen eligeret, sed id populari consuetudini carmen appellandi debitum esse.

Cum carminibus heroicis arte coniungere aptum est **hymnos Homero adscriptos,** quippe qui non solum illis a rhapsodis praemissa esse solerent, sed etiam epicum et rhythmum et colorem habeant. Certum est hymnorum nomen iis ea de qua agimus aetate inditum non esse, cum primum apud Philodemum (de piet. ed. Gomp. p. 40) et in Homeri vita a Pseudoherodoto post Strabonem scripta nobis occurrat, a Thucydide autem bis unum ex iis *προοίμιον* appelletur. Hic enim historicus III, 104 de hymno Apollinem celebrante haec profert: *δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἃ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος*

ἄλλο τε Δήλῳ, Φοῖβε, μάλιστά γε κτλ.

ὅτι δὲ καὶ μουσικῆς ἀγὼν ἦν καὶ ἀγωνιούμενοι ἐφοίτων ἐν τοῖσδε αὖ δηλοῖ ἃ ἐστιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ προοιμίου κτλ.

Huc adde Pindari locum, qui aperte de talibus carminibus cogitat, quale Homericorum qui vocantur hymnorum primus est: Nem. II, 1: *Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι*

ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ
ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμίου.

Etiam Plato Phaed. p. 60 D: *τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον* commemorat.

Digitized by Google

Hymni autem Homero tributi quin ad sollemni recitationi Homeri aliorumque carminum praeludendum compositi sint dubitari nequit, cum eorum duo in has clausulas finiant: XXXI, 18 *ἐκ σέο δ' ἀρξάμενος κλήσω μερόπων γένος ἀνδρῶν ἡμιθέων ὧν ἔργα θεοὶ θνητοῖσιν ἔδειξαν*, et XXXII, 18 *σέο δ' ἀρχόμενος κλέα φωτῶν ᾄσομαι ἡμιθέων ὧν κλείουσ' ἔργματ' ἀοιδοί*, atque hic hymnorum usus his testimoniis stabiliatur: Plut. de mus. c. 4 et schol. Pind. Nem. II, 1. Sane quaeri potest, utrum prooemiorum nomen ad omnes hymnos, quos collectio nobis servata continet, quadret necne. Sed de hac re hic disserere non meum est. Vide Bergk, I, 752. Cf. de nomine prooemiorum vel hymnorum Hymn. Hom. ed. Baumeister p. 100, 101 et Die Homer. Hymn. ed. Gemoll p. 100—103.

Hactenus de hymnis epicis. Iam transeamus ad **hymnos** iam quinto a. Chr. n. saeculo vulgo, sed falso poetis fabulosis **Orpheo, Musaeo, Thamyrae, Oleni adscriptos.** Commemorantur carmina Orphei: ap. Platon. Leg. 829 d: *Ὀρφείων ὕμνων* — ap. Aristot. de an. gen. II, 1 p. 734, 19: *ἐν τοῖς καλουμένοις Ὀρφέως ἔπεσιν* — *οὐκ εἶναι Ὀρφέως τὰ ἔπη* 7. 9. 1475 a 42, 46. — *Ὀρφικὰ ἔπη καλούμενα ψα* 5. 410 b 28, *ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς οὐ κακῶς λέγεται κ* 7. 401 a 27. Ne autem ex Platonis loco hymnos Orphicos in libris qui eos continebant hoc nomine notatos fuisse concludamus, impedit Aristotelis eos citandi ratio, quippe quae nequaquam de certo quodam nomine nos cogitare sinat.

Idem de Musaei et Olenis carminibus statuendum est, quorum illa Aristoteles (Hist. an. ζ 6. 563 a 18) hoc modo commemorat: *ἐν τοῖς Μουσαίου λεγομένοις ἔπεσιν* et Pseudo-Alcidamas Odyss. 25 (quae oratio circa principium quarti a. Chr. n. saeculi a nescio quo rhetore conscripta esse videtur. cf. Blass, praef. Antiph. p. XXIX): *Μουσαῖος — ὡς καὶ ποιήματα αὐτοῦ δηλοῖ· ὄρθιον ἑξάμερες κτλ. Ὕμνοι* appellantur et Thamyrae et Olenis carmina a Platone Legg. 821 d et ab Herodoto IV, 35 (*ἐν τῷ ὕμνῳ τόν σφι Ὠλῆν ἀνὴρ Λύκιος ἐποίησε — οὗτος δὲ ὁ Ὠλῆν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παλαιοὺς ὕμνους ἐποίησε ἐκ Λυκίης ἐλθὼν τοὺς ἀειδομένους ἐν Δήλῳ*). — Non titulus, sed argumentum significatur: Aristoph. Ran. 1029: *Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετὰς θ' ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι* et Plat. Prot. 316 d: *τελεταὶ καὶ χρησμῳδίαι;* cf Crat. 402 b: *Μουσαῖος δ' ἐξακέσεις τε νόσων καὶ χρησμούς.*

Digitized by Google

Poetarum iambicorum Archilochi mentionem facit Herodotus I, 12: *Γύγης τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος - ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη* — **Hipponactis** Aristophanes Ran. 661 *ἴαμβον Ἱππώνακτος ἀνεμιμνησκόμην.* — Huc pertinet hic memorabilis locus Epicharmi ap. Heph. c. 8, 2 = fr. 3 Lor. servatus: *οἱ τοὺς ἰάμβους κατὰ τὸν ἀρχαῖον τρόπον, ὃν πρᾶτος εἰσαγήσαθ' ὡριστόξενος.* Iamborum enim nomen non ad **Aristoxeni** carminum formam metricam spectare, sed ad ludibrium, quo homines insectabatur, inde apparet, quod anapaestico potissimum rhythmo usus est. cf. Bergk. IV, 3.

Aesopi fabularum collectionem iam Aristophanis temporibus multum lectitatam esse ex his locis satis patet: Arist. Av. 651 *ὅρα νῦν ὡς ἐν Αἰσώπου λόγοις ἐστὶν λεγόμενον δή τι* et 407 *οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας,* ubi schol. explicat *ἀνέγνως.* Sed *λόγοι* generis, non tituli notatio est. Nam etiam *μῦθοι* eaedem fabulae dicuntur. Addo de Aesopo hos locos: Herod. II, 134: *ὁ λογοποιός* — Plat. Phaed. 60 d: *τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους* — 61 b: *μύθους τοὺς Αἰσώπου* — Aristoph. Vesp. 12: *ἢ λόγον ἔλεξας αὐτὸς ἀστεῖόν τινα Αἰσωπικὸν γέλοιον* — Pac. 129: *ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξευρέθη μόνος (κάνθαρος) πετεινῶν κτλ.* — Aristot. Rhet. β 20. 1393 a 23: *λόγος ὑπὲρ δημαγωγοῦ* — a 30: *λόγοι* — Meteor. β 3 356 b 11.

Ad Archilochum, qui non solum iambos, sed etiam elegias composuit, se applicuit **Tyrtaeus,** qui hoc carminum genere usus virtutis laudem et Lacedaemoniorum rei publicae praestantiam celebravit. Atque id carmen, quo hunc finem politicum persequebatur, semper magna auctoritate floruit et gratia, ita ut multorum manibus versaretur. Quod nomine speciali notare in promptu fuit. Re vera iam apud Aristotelem celebrem Tyrtaei elegiam politicam eo nomine significatam invenimus, quod veram inscriptionem factam esse a Strabone docemur: Aristot. Polit. ε 7. 1306 b 39: *ἡ Τυρταίου ποίησις ἡ καλουμένη Εὐνομία* — Strab. VIII p. 362 B: *Τυρτ. — ἐν τῇ ποιήσει ἐλεγείᾳ, ἣν ἐπιγράφουσιν Εὐνομίαν.* Hoc ex Aristotelis verbis desumi non potest iam eius temporibus hoc nomen in exemplaribus inscriptum fuisse, cum attributum *καλουμένη* nos potius eo adducat, ut tum nomen in consuetudine tantum Graecorum positum fuisse arbitremur. Eae autem Tyrtaei elegiae, quibus Lacedaemonii ad fortitudinem admonentur, Alexandrina aetate nomine *ὑποθῆκαι* designatae a Lycurgo in Leocr. 106, 7 simpliciter

Digitized by Google

ἐλεγεῖα appellantur. (106: κατέλιπε (Τυρταῖος) γὰρ αὐτοῖς ἐλεγεῖα ποιήσας ὧν ἀκούοντες παιδεύονται πρὸς ἀνδρείαν — 107: χρήσιμον δ' ἐστὶ καὶ τούτων ἀκοῦσαι τῶν ἐλεγείων, ἵν' ἐπίστησθε οἷα ποιοῦντες εὐδοκίμουν παρ' ἐκείνοις.

Etiam **Solo** cum alius generis carmina tum elegiaca et iambica condidit, quorum singulis Diogene I, 61 teste propria nomina erant, qualia Σαλαμίς, ὑποθῆκαι εἰς Ἀθηναίους, εἰς ἑαυτόν, πρὸς Κριτίαν, πρὸς Φιλόκυπρον. Sed versus quidem Solonis plurimi ea de qua agimus aetate citantur, tamen tituli nusquam laudantur. Satis habeo hos locos attulisse: Herod. V, 113: τὸν (Philocyprum) Σόλων ὁ Ἀθηναῖος - ἐν ἔπεσι αἴνεσε τυράννων μάλιστα — Plat. Lys. 212 c. Lach. 188 b 189 a Civ. 536 d — Aristot. Rhet. α 15. 1375 b 32: τὰ ἐλεγεῖα — Demosth. de fals. leg. p. 420: de carmine Σαλαμίς postea nominato: ἐκεῖνος (Σόλων) μέν γ' ἀφεστηκυίας Σαλαμῖνος Ἀθηναίων καὶ θάνατον ζημίαν ψηφισαμένων ἄν τις εἴπῃ κομίζεσθαι, τὸν ἴδιον κίνδυνον ὑποθεὶς ἐλεγεῖα ποιήσας ἦδε — p. 421: de carmine ὑποθ. εἰς Ἀθ.: λέγε δή μοι λαβὼν καὶ τὰ τοῦ Σόλωνος ἐλεγεῖα ταυτί, ἵν' ἴδηθ' ὅτι καὶ Σόλων ἐμίσει τοὺς οἷος οὗτος ἄνθρωπος. His locis Demosthenem, si tituli ei noti fuissent, vix eos non commemoraturum fuisse credendum est.

Theognidis elegias Plato Men. 95 d nonnisi generaliter significare scit: καὶ Θέογνιν τὸν ποιητὴν οἶσθ' ὅτι ταὐτὰ λέγει· Ἐν ποίοις ἔπεσιν· Ἐν τοῖς ἐλεγείοις οὗ λέγει ... Aliter autem ab Isocrate atque ab Aeschine nominantur. Ille enim orationis ad Nicoclem scriptae initio Theognidem in numero eorum poetarum refert, qui ὑποθήκας reliquerint, hic c. Ctesiph. p. 525 R (73) eas γνώμας appellat.

Poetarum melicorum primum de **Stesichoro** agamus. Cuius carminum ea, quorum epicum argumentum, sed forma melica fuit, primum locum obtinebant. Eorum complura nomina veterum carminum heroicorum instar ex argumento petita a grammaticis posteriorum temporum nobis tradita sunt, cuiusmodi sunt: ἆθλα ἐπὶ Πελίᾳ, Γηρυονηΐς, Κέρβερος, Κύκνος, Εὐρώπεια, Ἐριφύλα, Σκύλλα, Συοθῆραι, Ἰλίου πέρσις, Νόστοι, Ὀρέστεια. Omnium celeberrima fuerunt duo carmina, quorum uno postquam Helenae ignominiam cecinit, altero ob id caecitate ab ea multatus heroinae omnes res laudi vertebat. De quibus hi potissimum loci afferendi sunt: Isocr. Hel. encom. 64: ἐνεδείξατο δὲ (Ἑλένη) καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύνα-

Digitized by Google

μιν. ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς (hoc add. Δ Γ, vulgo deest) ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερημένος, ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησε et Plat. Phaedr. 243 a: καὶ ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν. Memorabile est Platonis et Isocratis posterioris carminis significationem eandem esse, ita ut παλινῳδίαν commune apud omnes nomen eorum temporibus fuisse nobis sumendum sit. Quod utrobique καλουμένη additur, inde colligendum esse videtur hoc nomen in omnium quidem ore fuisse, sed ab ipso Stesichoro profectum non esse neque in libro qui παλινῳδίαν continebat inscriptum fuisse. Hoc eo magis contenderim, cum post Platonem et Isocratem non iam apud eos auctores compareat, qui hoc carmen commemoraverunt. Hoc enim et prius carmen, quo poeta in Helenam invectus erat, grammatici Alexandrini, quae in unum opus duobus libris constans coniunxerunt, Ἑλένη inscripserunt, unde hae appellandi rationes intelleguntur: carmen conviciosum τὴν ἔμπροσθεν ᾠδήν Maximus Tyrius, τὸν πρότερον λόγον appellat Philostratus, Dio Chrysostomus Palinodiam τὴν ὕστερον ᾠδὴν dicit; ab aliis scriptoribus ut Suida et schol. Aristid. illud ψόγος Ἑλένης, hoc ἐγκώμιον (ἔπαινος) Ἑλένης dicitur. cf. Bergk. P. L. Gr. III, 214. 215.

Neque aliorum poetarum melicorum libros — dithyramborum et nomorum poetas excipio — argumenti vel generis carminum significationibus aetate classica quae vocatur instructos fuisse ex iis quae sequuntur satis apparebit. Periphrastico enim modo his locis Plato utitur **Simonidis, Anacreontis, Pindari** carmina accuratius designandi: Prot. 339 a: λέγει γάρ που Σιμωνίδης . . . ὅτι „Ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀλαθέως γενέσθαι . . . b τοῦτ' ἐπίστασαι τὸ ἄσμα ἢ πᾶν σοι διεξέλθω; — τοῦ ἄσματος . . . c τοῖ ἄσματος . . . d τοῦ ποιήματος . . . 341 c: ἐν τούτῳ τῷ ἄσματι etc. cf. 342 a, 343 b, 344 ab, 345 b, 347 a. — Theag. 125 d: ταῦτ' ἐστίν, ἅπερ ἔφη Ἀνακρέων τὴν Καλλικρήτην ἐπίστασθαι ἢ οὐκ οἶσθα τὸ ἄσμα; — Gorg. 484 b: δοκεῖ δέ μοι καὶ Πίνδαρος ἅπερ ἐγὼ λέγω ἐνδείκνυσθαι ἐν τῷ ἄσματι ἐν ᾧ λέγει.

Ubi alioquin poetas melicos ii de quibus agitur scriptores commemorant, aut de carmine vel carminibus quae dicunt tacent aut carminis vel carminum speciem generi subiciunt. Nullus autem locus talis est, ut de titulo proprie dicto cogitare cogamur. Sufficiant hi loci: **Alcaeus**: Herod. V, 95: ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν

Digitized by Google

μέλεϊ ποιήσας κτλ., **Alcaeus et Anacreon**: Aristoph. ap. Athen. XV, 694 A: *Ἄισον δή μοι σκολιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος*, **Alcaeus**: Aristot. Polit. III, 9, 5: *δηλοῖ δ' Ἀλκαῖος, ὅτι τύραννον εἵλοντο τὸν Πιττακὸν ἔν τινι τῶν σκολιῶν μελῶν · ἐπιτιμᾷ γὰρ ὅτι* —, **Meletus**: Aristoph. Ran. 1301: *οὗτος* (Euripides) *δ' ἀπὸ πάντων μὲν φέρει πορνιδίων σκολίων Μελήτου, Καρικῶν αὐλημάτων, θρήνων, χορείων*, **Tynnichus**: Plat. Ion. p. 534 D: *μέγιστον δὲ τεκμήριον τῷ λόγῳ Τύννιχος ὁ Χαλκιδεύς, ὃς ἄλλο μὲν οὐδὲν πώποτ' ἐποίησε ποίημα, ὅτου τις ἂν ἀξιώσειε μνησθῆναι, τὸν δὲ παιῶνα ὃν πάντες ᾄδουσι, σχεδόν τι πάντων μελῶν κάλλιστον, ἀτεχνῶς ὥσπερ αὐτὸς λέγει εὕρημά τι Μουσῶν* —, **Timocreon**: Aristoph. Ach. 532:

> *ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης οὐλύμπιος*
> *ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα,*
> *ἐτίθει νόμους ὥσπερ σκόλια γεγραμμένους,*
> *ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτε γῇ μήτ' ἐν ἀγορᾷ*
> *μήτ' ἐν θαλάττῃ μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν.*

Verba populisciti Megarensis Aristophani in mentem vocant scolium Timocreontis Rhodii. cf. schol. ad h. l. et ad Ran. 1337. Bergk. III, p. 540 —, **Praxilla**: Aristoph. Vesp. 1239: *Ἀδμήτου λύγον, ὦ ταῖρε, μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει, τοῦτο τί λέξεις σκολιόν;* schol. ad v. 1240: *τοῦτο οἱ μὲν Ἀλκαίου, οἱ δὲ Σαπφοῦς · οὐκ ἔστι δέ, ἀλλ' ἐν τοῖς Πραξίλλης φέρεται Παροινίοις.*

Tum nota singula genera carminum melicorum aetate classica quae dicitur nondum satis accurate distincta fuisse, ut tituli a carminum genere petiti libris praefigi possent. Si enim exempli gratia Pindari epinicia[1]), quae sola veterum carminum melicorum nobis servata sunt, inspicientes quomodo ipse poeta carmina sua nominet videmus, satis multum interesse intellegimus inter nominum ab ipso poeta adhibitorum significationem et titulorum Pindaricorum, qui nobis traditi sunt. Tribus enim modis Pindarus epinicia his locis significat, qui Alexandrinis temporibus tandem tituli librorum Pindaricorum facti sunt: *ὕμνοι, ἐγκώμια, ἐπινίκιοι*: *ὕμνος* Ol. I, 7—105. II, 1, III, 3—VI, 22, 87, 105—VII, 88—VIII, 54 — Pyth. I, 60—II, 14—VIII, 57 — Nem. 1, 5—III, 11—65—IV, 11—V, 42—VII, 81 — Isthm. 1, 63—II, 45—III, 21—IV, 20—,

[1]) Cf. L. Schmidt. ind. lectt. aest. Marb. 1889, p. III. IV.

Digitized by Google

ἐγκώμιον: (Ne Chamaeleon quidem, Aristotelis discipulus, Ol. XIII aliter appellavit ap. Athen. XIII 573 sq.): Ol. II, 47: ἐγκωμίων μελέων — Nem. I, 7: ἐγκώμιον μέλος, Pyth. X, 63: ἐγκώμιος ὕμνος, Nem. VIII, 50: ἐπικώμιος ὕμνος [κῶμος: Pyth. V, 101 — VIII, 20 — Nem. III. 4 — VIII, 3]

ἐπινικίοισιν ἀοιδαῖς: Nem. IV, 77.

Atque cum Aristophanes Byzantius in Pindari carminibus recensendis eius scolia ab encomiis non distingueret[1]), quippe quae non ut Aeolica per vices a singulis ad citharam canerentur, sed a choro comissante agerentur et saltarentur, ipse Pindarus fragmentum 122 Bgk. et Chamaeleon (Athen. XIII, 573 C E) scolium nominaverunt atque Aristoxenus (Athen. XIV, 653 B) et Theophrastus (Hist. Plant. X, 427 D) Pindari scolia commemoraverunt. cf. Bergk, P. L. Gr. I, 371, 2.

Restant carminum melicorum et **nomi** et **dithyrambi**, quos separatim tractare aptum est, cum eorum certa quaedam nomina nobis tradita sint. Illorum autem duo genera distinguenda sunt, quorum unum in antiquissima melicae poesis Graecae tempora recedens atque ab uno cantore ad citharam (*νόμος κιθαρῳδικός*) aut ad tibiam (*νόμος αὐλῳδικός*) cantatum distinguendum est ab altero, quod primum a Timotheo compositum et monodiis et canticis constabat (cf. Bergk. Hist. litt. Gr. II, 162—166, 529—531). Illius generis nomorum satis multa nomina a scriptoribus classicis commemorata sunt. Quae ita usurpabantur, ut ad solos modos ad citharam aut ad tibiam cantatos referri solerent, quibus varii textus subici possent.

---

[1]) Titulorum Pindaricorum duo diversi indices ad nos pervenerunt: Vratislaviensis et is qui in Suidae lexico servatur. cf. Bergk. P. L. Gr. I, 367 sqq. Iam vero postquam indicem S. aetate eruditorum grammaticorum Alexandrinorum non compositum esse posse E. Hiller (in Herm. XXI) demonstravit, quis auctor fuerit recensionis, ad quam pertinet ordo carminum Vratislaviensis, ex testimonio Thomae Magistri (Westerm. Biogr. p. 101) dilucide apparet: *ὁ δὲ ἐπινίκιος, οὗ ἡ ἀρχὴ ἄριστον μὲν ὕδωρ, προτέτακται ὑπ' Ἀριστοφάνους τοῦ συντάξαντος τὰ Πινδαρικά.* Adde hunc locum ex Dionysio Hal. de comp. verb. c. 22 petitum: *Κῶλα δέ με δέξαι νυνὶ λέγειν οὐχ οἷς Ἀριστοφάνης ἢ τῶν ἄλλων τις μετρικῶν διεκόσμησε τὰς ᾠδάς - ἀλλ' οἷς ἡ φύσις ἀξιοῖ διαιρεῖν τὸν λόγον.* Cum enim indicem illum et recensionem in communi usu grammaticorum fuisse constet (cf. Bergk. l. c. 368) neque eos ignobili editione usos esse verisimile sit, facile eo adducimur, ut ab Aristophane Byzantio, quem Pindari carmina disposuisse scimus, indicem V. profectum esse putemus. In indice Vratisl. autem nomen scoliorum non invenitur.

Digitized by Google

Olympus.

Eius nomum in Apollinem πολυκέφαλος dictum (cf. Plut. de mus. c. 7) a Minerva ex Gorgonum imitatione inventum et a multis serpentium capitibus denomimatum esse perhibet Pindarus fabulose narrans: Pyth. XII, 22:

— ἀλλά νιν εὑροῖς' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν,
ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλᾶν νόμον

(schol.: ᾠδὴ οὖν διὰ πολλῶν προοιμίων συνεστῶσα, ἣν λέγουσι τὸν Ὄλυμπον πρῶτον εὑρηκέναι). — Etiam Pratinas huius nomi mentionem fecit eum Olympi iunioris esse contendens: Plut. de mus. c. 7: Ἄλλοι δὲ Κράτητος εἶναί φασι τὸν πολυκέφαλον νόμον, γενομένου μαθητοῦ Ὀλύμπου. ὁ δὲ Πρατίνας Ὀλύμπου φησὶν εἶναι τοῦ νεωτέρου τὸν νόμον τοῦτον. Νόμος πολυκέφαλος fuit αὐλητικός, non αὐλῳδικός. Non enim carmina, sed tantum modos tibiarum cantibus aptos composuit. cf. Bergk. P. L. Gr. III, p. 3, 4.

Terpander.

Νόμον ὄρθιον, quem in numero nomorum a Terpandro compositorum recensent Pollux IV, 65 et Photius p. 302, 16 et Suidas (v. νόμος, ὀρθ. νόμ.) Herodotus I, 24 ab Arione in mare se praecipitaturo cantari facit (τὸν δὲ ἐνδύντα τε πᾶσαν τὴν σκευὴν καὶ λαβόντα τὴν κιθάρην, στάντα ἐν τοῖσι ἐδωλίοισι διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον, τελευτέοντος δὲ τοῦ νόμου ῥῖψαί μιν ἐς τὴν θάλασσαν ἑωυτόν, ὡς εἶχε σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ.) Huc accedunt Aristophanis et Aristotelis loci. Ille enim Equ. 1279 ὄρθ. νόμ. ut rem notissimam affert: νῦν δ' Ἀρίγνωτον γὰρ οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἐπίσταται, ὅστις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν ἢ τὸν ὄρθιον νόμον atque Ach. 15 substantivum νόμος, cum non necessarium sit ad intellegendum, omittitur:

τῆτες δ' ἀπέθανον καὶ διεστράφην ἰδών,
ὅτε δὴ παρέκυψε Χαῖρις ἐπὶ τὸν ὄρθιον,

unde non minus apparet nomen ὄρθ. νόμ. pervulgatum fuisse. Eadem vox etiam apud Aeschylum Ag. 1152 D. legitur, ubi chorus de eiulatu Cassandrae haec canit:

πόθεν ἐπισσύτους θεοφόρους ἔχεις ματείους δύας,
τὰ δ' ἐπίφοβα δυσφάτῳ κλαγγᾷ
μελοτυπεῖς ὁμοῦ τ' ὀρθίοις ἐν νόμοις;

Et hic νόμοι ὄρθιοι universe modi acuta voce cantati interpretandi sunt. Neque etiam ille Terpandri nomus aliud significat

Digitized by Google

ac *νόμον ὀξύν*, ita ut fieri potuerit, ut Plutarchus hoc nomen pro illo in Terpandri nomis enumerandis proferret. cf. E. Graf. in Mus. Rhen. vol. 43 p. 512—523. Atque componuntur ab Pseudo-Aristotele Probl. *ιϑ* 37 *νόμοι ὄρθιοι* et *ὀξεῖς*: *διὰ τί . . . . . ἔργον μᾶλλον ᾄδειν τὰ ὀξέα ἢ τὰ βαρέα, καὶ ὀλίγοι τὰ ἄνω δύνανται ᾄδειν, καὶ οἱ νόμοι ὄρθιοι καὶ οἱ ὀξεῖς χαλεποὶ ᾆσαι διὰ τὸ ἀνατεταμένοι εἶναι*; Haud igitur praetermiserim hunc Aeschyli locum hic adiungere, ubi poeta fortasse de Terpandri *νόμῳ ὀξεῖ* cogitavit:

S. c. Th. 954 D: *τελευταῖαι δ' ἐπηλάλαξαν*
ἀραὶ τὸν ὀξὺν νόμον
τετραμμένῳ παντρόπῳ φυγᾷ γένους,

ubi scholiasta eum eundem ac *νόμον ὄρθιον* esse recte censet. Sed *νόμον ὄρθιον* etiam *τετραῴδιον* nominatum esse ex his Photii (p. 302, 16) verbis patet: *ἦσαν δὲ ἑπτὰ οἱ ὑπὸ Τερπάνδρου · ὧν εἷς ὄρθιος τετρα(ῳ)διος ὀξύς*. Et quod Plutarchus idem fere narrans quod Herodotus l. l. ab Arione *νόμον Πυθικόν* cantatum esse tradit hunc eundem nomum esse ab eo alio nomine significatum cum Bergkio (Hist. litt. Gr. II p. 420 not. 133) suspicamur.

Terpandri nomorum etiam *Βοιώτιος* fuit (cf. Plut. de mus. c. 4 et Poll. IV, 65), quo Sophocles fr. 828 D. proverbialiter utitur ad hominem aliquem, qui initio comiter, deinde insidiose agere solet, significandum (*ὅταν τις ᾄσῃ τὸν Βοιώτιον νόμον*).

Vidimus nomina nomorum Terpandri celeberrima fuisse. Num idcirco ab ipso poeta profecta sunt? Hoc contra Bergkium mihi negandum esse videtur, quod et tam varie idem ille *νόμος ὄρθιος* nominatur neque nomen *νόμος Τερπάνδρειος*, quod etiam ipsum in Terpandri nomis enumerari solet, huic poetae deberi verisimile est. Quod autem Plutarchus (de mus. c. 4: *ἐκεῖνος γοῦν τοὺς κιθαρῳδικοὺς πρῶτος ὠνόμασε Βοιώτιόν τινα καὶ Αἰόλιον Τροχαῖόν τε*) et Suidas (v. *Ὀρϑ.*: *νόμον καὶ τροχαῖον · τοὺς δύο νόμους ἀπὸ τῶν ῥυθμῶν ὠνόμασε Τέρπανδρος*) diserte ea ad Terpandrum ipsum referunt, hoc nullius momenti est, cum nemo ignoret, quanti talia facienda sint.

Praeterea hi nomi vel modi tibiis canendi nominantur: ap. Platon. Crat. 417 E: *Ποικίλα γέ σοι, ὦ Σώκρατες, ἐκβαίνει τὰ ὀνόματα · καὶ γὰρ νῦν μοι ἔδοξας ὥσπερ τοῦ τῆς Ἀθηναίας νόμου προαύλιον στομαυλῆσαι τοῦτο τοὔνομα · προειπὼν τὸ βουλαπτεροῦν* (cf.

Digitized by Google

Bergk. P. L. Gr. III, p. 5.), ap. Epicrat. comic. (Athen. XIII, 570 B):

Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἐστὶν αὐλούσας ἰδεῖν
αὐλητρίδας πάσας Ἀπόλλωνος νόμιον
* * * * *Διὸς νόμιον*
αὗται δὲ μόνον αὐλοῦσιν Ἱέρακος νόμον.

De quibus nominationibus nihil addendum est.

Iam transeamus ad alterius generis nomos, quales a **Timotheo** et **Philoxeno** quarto et tertio a. Chr. n. saeculo compositi sunt. Huc pertinet hic Aristotelis locus: Poet. c. 2. 1448 a 11: *οἷον Ὅμηρος μὲν βελτίους, Κλεοφῶν δὲ ὁμοίους, Ἡγήμων δὲ ὁ Θάσιος ὁ τὰς παρῳδίας ποιήσας πρῶτος καὶ Νικοχάρης ὁ τὴν Δηλιάδα χείρους· ὁμοίους δὲ καὶ περὶ τοὺς διθυράμβους καὶ τοὺς νόμους, ὥσπερ γᾶς* (ita codd.) *Κύκλωπας Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος, μιμήσαιτο ἄν τις.* Lectionem codicum alii aliter correxerunt. Vulgata scriptura inde ab Aldina recepta haec est: *ὡς Πέρσας καὶ Κύκλωπας,* ita ut *Πέρσαι* Thimothei nomus, *Κύκλωψ* et Timothei et Philoxeni dithyrambus esset. Thyrwitt proposuit: *ὥσπερ Ἀργᾶς* glossema interpretatus *Κύκλωπας*, Vahlen: *ὥσπερ γὰρ Κύκλωπας*, Susemihl: *ὥσπερ Πέρσας Τιμόθεος καὶ Ἀργᾶς, Κύκλωπας.* Non meum est hac in re iudicium ferre, sed satis habeo statuisse Aristotelem, ut imitationis et meliorum et deteriorum exempla afferret a Timothei et Philoxeni (et Argae?) nomis et dithyrambis petita, non horum carminum nomina commemoravisse, sed eorum, quorum mores resque gestae in iis describebantur, sive deorum sive Persarum sive Cyclopum. Quamquam nobis a posterioribus scriptoribus traditum est a Timotheo nomum *Πέρσαι* inscriptum, ab eodem et a Philoxeno dithyrambum, cui *Κύκλωψ* nomen erat, compositos esse (cf. Suid. s. v. *Τιμόθεος* (*Πέρσας ἢ Ναύπλιον*), Pausan. VIII 50, 3 (*τότε δὲ ᾄδοντος Τιμοθέου νόμον τοῦ Μιλησίου Πέρσας*), Athen. XI, 645 C (*Τιμ. ἐν Κύκλωπι*), Athen. I, 6 E (de Philoxeno: *ποιῶν τὸν Κύκλωπα* — Zenob. V, 45: *Κύκλωψ γάρ ἐστι δρᾶμα Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ* — schol. Arist. Plut. 200: *τοῦτο δὲ ἐκ Κύκλωπος Φιλοξένου ἐστίν*). Sed Aristoteles, si minus proprios quos nos dicimus titulos dithyramborum, at tamen nomina vulgo nota his locis tradidisse videtur: Athen. I p. 6 D (fr. 72 Ros.): *ἀνεγκωκότες οὐδὲν πλὴν εἰ τὸ Φιλοξένου δεῖπνον οὐδ' ὅλον.* — Pol. VIII, 7, 9: *καὶ τούτου πολλὰ παραδείγματα λέγουσιν οἱ περὶ τὴν σύνεσιν ταύτην ἄλλα δὲ καὶ διότι Φιλόξενος ἐγχειρήσας ἐν τῇ Διωριστὶ ποιῆσαι διθύραμβον*

Digitized by Google

τοὺς *Μυσούς* (ita Schneider. v. *μύθους*), *οὐχ οἵός τ' ἦν ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐξέπεσεν εἰς τὴν Φρυγιστὶ τὴν προσήκουσαν πάλιν;* adde Plut. de mus. 33 (de Philoxeno *ἐν Μυσοῖς*). Philoxeni dithyrambi non tam titulum quam argumentum significavit Plato comicus Phaone ap. Athen. I, 5 B:

ἐγὰ δ' ἐνθάδ' ἐν τῇ ἐρημίᾳ
τουτὶ διελθεῖν βούλομαι τὸ βιβλίον
πρὸς ἐμαυτόν. B. *ἐστὶ δ', ἀντιβολῶ σε τοῦτο τί;*
A. *Φιλοξένου καινή τις ὑψαρτυσία.*

Iam si quaeritur, quae causa fuerit, cur carminum melicorum maxime nomis et dithyrambis certa quaedam nomina inderentur, monendum est prioris generis nomos frequenter cantatos esse (cf. Aristoph. l. l. et Plut. de mus. c. 7. de Olympi nomis: *τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, οἷς νῦν χρῶνται οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν*), ita ut facile nominibus designarentur. Timothei autem et Philoxeni nomi et dithyrambi cum mytho magis quam antea exculto atque etiam dialogo instruerentur, prope ad tragoedias accesserunt, quas antiquitus nominibus notatas esse infra docebo. Huc accedit, quod iis temporibus, quibus hi poetae carmina sua componebant, publica certamina florebant, quae facile eo adducebant, ut singula poetarum certantium carmina inter se indicibus distinguerentur (cf. Bergk. Hist. litt. Gr. II, 533 sqq. inpr. 535. not. 32—498 sqq.). Alia autem melicae poesis genera eadem aetate neglegebantur, ita ut Aristoteles, ubi de hac poesi loquitur, nomos tantum et dithyrambos nominet (Poet. 1: *ἥ τε τῶν διθυράμβων ποίησις καὶ ἡ τῶν νόμων.* 2: *τοὺς δὲ διθυράμβους καὶ τοὺς νόμους*) cf. Bergk. l. l. II, 528—9.

Pervenimus ad **dramata.** Fieri potest, ut tituli fabularum committendarum a poetis choros ab archonte petentibus huic magistratui indicati sive per tabulas in medium prolatas sive per praeconem sive alio quodam modo pronuntiati sint, ita ut populus ea quae diebus festis spectaturus esset, iam ante ludos actos non prorsus ignoraret. Sed hac de re nihil scimus. Certum est Athenis spectaculis finitis tabulas in publico collocatas esse, in quibus archontes et poetae et fabulae et actores primarum nominari solerent (cf. Boeckh. C. I. Gr. I p. 350 sqq. et Bergk. Hist. litt. Gr. III, 62 sqq.). Hic ex iis unum fragmentum afferam a Boeckhio C. I. Gr. I nmr. 231 et accuratius a Koehlero

Digitized by Google

C. I. A. II 912 editum[1]), cuius in superiore parte didascaliae comicae, in inferiore tragicae perscriptae sunt:

5 [— — — τε (ταρτος — α] στίδι,
[ὑπε (κρίνετο) Ἀριστόμαχος·
[Ἀντιφάνη]ς πέμπτος Ἀνασῳζομένοις,
[ὑπε (κρίνετο) Ἀντι] φάνης
[ὑπο (κριτῆς) —] ωννμος ἐνίκα.
10 [ἐπὶ Διοτίμου· Σιμύλος [πρω . . . . Ol. 106, 3 (354 a. Chr.)
— σίᾳ, ὑπε (κρίνετο) Ἀριστόμαχος·
Διόδωρος δεύ(τερος) Νεκρῷ,
ὑπε (κρίνετο) Ἀριστόμαχος·
Διόδωρος τρι (τος) Μαινομένω[ι]
15 ὑπε (κρίνετο) Κηφίσιος·
[Φοι]νικ[ίδ]ης τέ(ταρτος) Ποητεῖ,
[ὑπε (κρίνετο) — — —] ης
— — — —

vs. 5 legendum esse Ἀλκήστιδι, vs. 11 Ἐφεσίᾳ Boeckh coniecit.

[Π]ειρ[ιθόῳ (?), — — —]
ὑπε (κρίνετο) — — —·
ὑπο (κριτῆς) [— — — ἐνίκα]·
ἐπὶ [Ἀστυφίλου· — — —] Ol. 90, 1 (420/19 a. Chr.)
Ἀγα[μέμνονι, — — —, — — —],
ὑπε (κρίνετο) — — —]·
Ἡρα [κ— — — —],
Θησεῖ, — — —,
ὑπ[ε (κρίνετο) — — —]·
ὑπο (κριτῆς) [— — — ἐνίκα]·
ἐπὶ Ἀρχ(ίου) — — —] Ol. 90, 2 (419/8 a. Chr.)
Τυροῖ, Τ— — —, — — —,
ὑπε (κρίνετο) Λυσικρατ[ης].
Καλλίστρατος — — —,
Ἀμφιλόχῳ, Ἰξίο[νι],
ὑπε (κρίνετο) Καλλιπί[δης]·

[1]) Aliorum monumentorum ad certamina dramatica pertinentium fragmenta reperta aut nomina fabularum commissarum non continent aut non propriae didascaliae sunt, sed monumenta ex didascaliis ducta aut saeculis tertio et altero in lapidibus incisa.

Digitized by Google

ὑπ[ο (κριτῆς) Καλλιπί[δης ἐνίκα]
[ἐπ' Ἀν]τ[ι]φ[ῶ]ντος Σ — — — Ol. 90, 3 (418/7 a. Chr.)
— — — π — —[1])

Talibus tabulis haud dubie Aristoteles usus est ad opus suum condendum διδασκαλίαι inscriptum, in quod ordinem temporum secutus omnia ad externam dramatum historiam pertinentia contulit.[2]) Cuius operis fragmenta tantum ad nos pervenerunt a Val. Rosio in quinto volumine editionis Academicae collecta, quorum ea quae ad nostram rem pertinent postea afferam.

Quod monumenta publica cum alia tum titulos dramatum actorum continentia ante oculos populi posita sunt, inde optime explicatur, quod Eupolis et Aristophanes in parabasi ille Baptarum hic Nubium haec nomina fabularum suarum ut vulgo nota proferunt: schol. Arist. Nub. 550: *Εὔπολις δὲ ἐν τοῖς Βάπταις τοὐναντίον φησίν, ὅτι συνεποίησεν Ἀριστοφάνει τοὺς Ἱππέας· λέγει δὲ τὴν τελευταίαν παράβασιν. φησὶ δέ·*

Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

Aristoph. Nub. 553:

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς.

Quid quod Aristophanes Ach. 301 se Cleonem, inimicum suum, Equitibus aggressurum esse chorum nuntiantem facit:

ὡς μεμίσηκά σε Κλέωνος ἔτι μᾶλλον, ὃν
κατατεμῶ τοῖσιν Ἱππεῦσι καττύματα?

Si recte hunc locum interpretor, spectatores iam uno anno ante fabulam doctam eius nomen comperiunt.

His locis alios ubi dramatum tituli ab iis quos respicimus scriptoribus afferuntur locos adiungam ex ordine temporum dispositas, quibus poetae tragici et comici vixerunt.

---

[1]) Donaria ab iis choregis vel phylis, quorum chori vicerant, consecrata hic praetereunda sunt, quippe in quibus nomina dramatum non inscripta sint. cf Bergk. Mus. Rhen. XXXIV, 295.

[2]) Aristotelem ad hunc finem inprimis acta archontum perquisivisse verisimile est. cf. Bergk. l. l. 295 sqq.

Digitized by Google

Phrynichus.

Herod. II, 21: *Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἅλωσι τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν καὶ διδάξαντι ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον καὶ ἐζημίωσάν μιν ὡς ἀναμνήσαντα ἀκήια κακὰ χιλίῃσι δραχμῇσι, καὶ ἐπέταξαν μηκέτι μηδένα χρῆσθαι τούτῳ τῷ δράματι.* Dubitatum est, utrum Herodotus verum titulum dramatis attulerit an potius argumentum *Περσῶν* significaverit, quem titulum Suidas v. *Φρύνιχος* commemorat. Sed praeterquam quod etiam alii scriptores velut Plutarchus praec. reip. ger. 17, 9 hanc tragoediam iisdem verbis significant, vix intellegi potest, cur Herodotus rerum Atheniensium peritissimus tam famosae fabulae nomen aut ignoraverit aut non dixerit. Quod si recte iudicatum est, indicem a Suida traditum ad aliam Phrynichi tragoediam pertinere sumendum est, cui suspicioni non video quid obstet. cf. Welcker. Trag. p. 24.

Aeschylus.

Aristoph. Ran. Bergk. *Εὐριπίδης*
καὶ τί σὺ δράσας οὕτως αὐτοὺς (Athenienses) *γενναίους ἐξεδίδαξας;*

Διόνυσος.

Αἰσχύλε, λέξον, μηδ' αὐθαδῶς σεμνυνόμενος χαλέπαινε.

Αἰσχύλος.

Δρᾶμα ποιήσας Ἄρεως μεστήν.

Διόνυσος.

Ποῖον;

Αἰσχύλος.

Τοὺς Ἑπτ' ἐπὶ Θήβας. —
Εἶτα διδάξας Πέρσας μετὰ τοῦτ' ἐπιθυμεῖν ἐξεδίδαξα
νικᾶν ἀεὶ τοὺς ἀντιπάλους. —

Εὐριπίδης.

Καὶ μὴν ἐπ' αὐτοὺς τοὺς προλόγους σου τρέψομαι,
ὅπως τὸ πρῶτον τῆς τραγῳδίας μέρος
πρώτιστον αὐτοῦ βασανιῶ τοῦ δεξιοῦ.
ἀσαφὴς γὰρ ἦν ἐν τῇ φράσει τῶν πραγμάτων.

Διόνυσος.

Καὶ ποῖον αὐτοῦ βασανιεῖς;

Digitized by Google

Εὐριπίδης
Πολλοὺς πάνυ·
Πρῶτον δέ μοι τὸν ἐξ Ὀρεστείας λέγε,

ubi schol: *τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστείαν αἱ διδασκαλίαι · Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν.*

Omnia nomina tetralogiarum, quae has fabulas amplectuntur, grammaticis deberi Hippenstiel l. l. p. 49 confidenter credit. Sed eum hac in re falsissimum esse atque talia nomina perantiqua esse ex illo Aristophanis loco satis patet. Inde hoc potius colligendum est tetralogiae indicem multo frequentius quam indices singularum fabularum Aristophanis aetate usurpatum esse. Nam quamquam sermo est de uno prologo Choephororum, quae fabula secundum locum obtinet in tetralogia *Ὀρεστεία*, tamen poeta non illo, sed hoc nomine utitur. Cum nomen *Χοηφόροι* etiam ipsum in versum quadret, ita ut poeta externa causa commotus esse non possit, ut nomen latius patens praeferret, nihil aliud restat nisi ut statuamus poetam, si tetralogiae indicem nominavisset, melius vel celerius sese intellectum iri putavisse, quam si altero modo Choephororum prologum significasset.[1]) Huc adde id quod scholiasta illo loco tradit: didascalias tetralogiae nomen *Ὀρεστεία* afferre. Sed etiam alius locus exstat, ubi Aristophanes pro singula fabula indicem tetralogiae, ad quam pertinet, usurpavit: Thesm. 134 enim Mnesilochus ex Agathone quaerit:

καί σ' ὦ νεᾶνις, ἥτις εἶ καὶ Αἰσχύλον,
ἐκ τῆς Λυκουργείας ἐρέσθαι βούλομαι,
ποδαπὸς ἔ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;

ubi schol. *τὴν τετραλογίαν λέγει Λυκουργείαν · Ἡδωνούς, Βασσαρίδας, Νεανίσκους, Λυκοῦργον τὸν σατυρικόν. λέγει δὲ* (Lycurgus) *ἐν τοῖς Ἡδωνοῖς πρὸς τὸν συλληφθέντα Διόνυσον 'ποδαπὸς ὁ γύννις;'* (cf. Fritzsch. in Arist. Thesm. p. 44—47). — Aristoteles Poet. 18 p. 1456[a]: *τὸ δὲ τερατῶδες οἷον αἵ τε Φορκίδες καὶ Προμηθεὺς καὶ ὅσα ἐν ᾅδου.* Cum verisimillimum sit, hic Aristotelem de

[1]) Quod Hippenstiel l. l. p. 48 dicit: „Nec satis adhuc mihi liquet, qua ratione Ar. Ran. v. 1124 sqq. primi *Χοηφόρων* versus pronuntientur, proinde ac si haec prima *Ὀρεστείας* fabula fuerit", monendum est Aristophanem non dicere *τὸν Ὀρεστείας* (scil. prologum), sed *τὸν ἐξ Ὀρεστείας*. Sane memorabile est, quod Aristophanes satis habet verbis *τὸν ἐξ Ὀρ.* prologum *Χοηφόρων* significavisse. — In Aeschyli codicibus deest initium Choephororum: *Ἑρμῆ χθόνιε - ἀκοῦσαι.* Itaque hoc ex illa Ranarum scena primum restituit Stanley.

Digitized by Google

tota trilogia ut miraculosa cogitare, notandum est simpliciter nomen *Προμηθεύς* dici. Qui locus conferri potest cum eis, de quibus modo exposuimus. Ceterum cf. Hippenstiel. l. l. p. 17—19.

22. 1458 b 22: *Αἰσχύλος μὲν γὰρ ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἐποίησε.*

23. 1459 b 5: (ἐκ) *τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος πλέον ὀκτὼ τραγῳδίαι ποιοῦνται, οἷον Ὅπλων κρίσις, Φιλοκτήτης κτλ.*, ubi non tam indices tragoediarum quam argumenta significantur.

24. 1460 a 32: *ἐν Μυσοῖς ὁ ἄφωνος ἐκ Τεγέας εἰς τὴν Μυσίαν ἦκων*, qui locus de Aeschyleo dramate intelligitur.

Sophocles.

Aristot. Eth. Nic. *η* 3. 1147 a 19—10. 1151 b 18: *Φιλοκτήτης.* cf. Hipp. 21, 22.

Poet. 14. 1453 b 31: *ἐστιν δὲ πρᾶξαι μέν, ἀγνοοῦντας δὲ πρᾶξαι τὸ δεινόν, εἶθ' ὕστερον ἀναγνωρίσαι τὴν φιλίαν, ὥσπερ ὁ Σοφοκλέους Οἰδίπους* (Rex.).

15. 1454 b 8: *ἄλογον δὲ μηδὲν εἶναι ἐν τοῖς πράγμασιν, εἰ δὲ μή, ἔξω τῆς τραγῳδίας, οἷον τὸ ἐν τῷ Οἰδίποδι τῷ Σοφοκλέους.* cf. Hipp. 29, 30.

16. 1455 a 18: *πασῶν δὲ βελτίστη ἀναγνώρισις ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τῆς ἐκπλήξεως γιγνομένης δι' εἰκότων, οἷον ἐν τῷ Σοφοκλέους Οἰδίποδι.*

26. 1462 b 2: *τὸ γὰρ ἀθροώτερον ἥδιον ἢ πολλῷ κεκραμένον τῷ χρόνῳ, λέγω δ' οἷον εἴ τις τὸν Οἰδίπουν θείη τὸν Σοφοκλέους ἐν ἐπεσιν ὅσοις ἡ Ἰλιάς.*

11. 1454 a 24: *ὥσπερ ἐν τῷ Οἰδίποδι ἐλθὼν ὡς εὐφρανῶν τὸν Οἰδίπουν καὶ ἀπαλλάξων τοῦ πρὸς τὴν μητέρα φόβου, δηλώσας ὃς ἦν, τοὐναντίον ἐποίησεν.*

33: *καλλίστη δὲ ἀναγνώρισις, ὅταν ἅμα περιπέτειαι γίνωνται, οἷον ἔχει ἡ ἐν τῷ Οἰδίποδι.*

His locis semper *Οἰδίπους τύραννος* intelligitur. Tamen additamentum Regis numquam apud Aristotelem comparet. Non igitur genuinum est, sed a grammaticis inventum ad hoc Sophoclis drama ab altero *Οἰδίπ. ἐπὶ Κολ.* distinguendum. Rem ita sese habere etiam *ὑποθέσεις* illi praescriptae docent. Ibi enim traditur: *ὁ τύραννος Οἰδίπους ἐπὶ διακρίσει θατέρου ἐπιγέγραπται* et *ὁ τύραννος Οἰδίπους πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἐν τῷ Κολωνῷ ἐπιγέγραπται.* Monendum autem Regem fabulam prius Coloneo editam esse. cf. Hipp. 29, 30.

Digitized by Google

Satis vidimus, quibus verbis usi scriptores titulos dramatum laudare soliti sint.

Nunc sufficiat plerumque non nisi titulos attulisse omnibus aliis verbis omissis.

Poet. 14. 1454ª 1 — Rhet. α 15. 1375ª 34 — γ. 16. 1417ª 29: *Ἀντιγόνη.*

Demosth. de f. leg. p. 148: *Ἀντιγόνη.*

Poet. 24. 1460ª 31: *Ἠλέκτρα.*

Poet. 23. 1459ᵇ 6, 7: *Λάκαιναι* et *Πολυξένη* et *Σίνων*: haec potius tragoediarum argumenta quam tituli sunt.

14. 1453ᵇ 33: *ἐστιν δὲ πρᾶξαι μέν, ἀγνοοῦντας δὲ πρᾶξαι τὸ δεινόν, εἶθ' ὕστερον ἀναγνωρίσαι τὴν φιλίαν, ὥσπερ — ὁ Τηλέγονος ὁ ἐν τῷ τραυματίᾳ Ὀδυσσεῖ.* Eandem tragoediam eam esse verisimile est, quae ab aliis *Ὀδ. ἀκανθοπλήξ* aut *Νίπτρα* inscribitur. cf. Nauck. Trag. Gr. Fragm. 182, 3. Aristoteli haec additamenta non nota fuisse ex hoc loco satis apparet.[1])

Rhet. β 23. 1398ª 4 — γ 15. 1416ᵇ 1 : *Τεῦκρος.*

Poet. 16. 1454ᵇ 36 : *Τηρεύς.*

16. 1454ᵇ 26 : *Τυρώ.*

18. 1456ª 1 : *αἱ Φθιώτιδες καὶ ὁ Πηλεύς.*[2])

Euripides.

Quod Aristoteles Poet. 14. 1454ª 7 et 16. 1454ᵇ 31 et 1455ª 18 Iphigeniam Tauricam intelligens simplici nomine utitur: *λέγω δὲ οἷον ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἡ Μερόπη μέλλει τὸν υἱὸν ἀποκτείνειν, ἀποκτείνει δὲ οὔ, ἀλλ' ἀνεγνώρισεν, καὶ ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ ἡ ἀδελφὴ τὸν ἀδελφόν — οἷον Ὀρέστης ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ ἀνεγνώρισεν ὅτι Ὀρέστης — πασῶν δὲ βελτίστη ἀναγνώρισις ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τῆς ἐκπλήξεως γιγνομένης δι' εἰκότων, οἷον* [ὁ] *ἐν τῷ Σοφοκλέους Οἰδίποδι καὶ τῇ Ἰφιγενείᾳ* — inde concludi potest additamenta *ἡ ἐν Αὐλίδι* et *ἡ ἐν Ταύροις*, quae vulgo apud posteriores scriptores feruntur, non genuina esse. Non obstant hi loci Aristotelici : Poet. 15. 1454ª 32 : *ἔστιν δὲ παρά-*

[1]) Errare mihi videtur Hippenstiel p. 25 suspicans Aristotelem memoriter citavisse neglecto genuino titulo. Huic scriptori talem neglegentiam imputare dubitaverim, quippe qui didascaliarum dramaticarum peritissimus fuerit.

[2]) Quamquam hae fabulae non certo Sophocli adscribi possunt.

Digitized by Google

δειγμα πονηρίας μὲν ἤθους μὴ ἀναγκαῖον οἷον ..... τοῦ δὲ ἀνωμάλου ἡ ἐν Αὐλίδι Ἰφιγένεια, οὐδὲν γὰρ ἔοικεν ἡ ἱκετεύουσα τῇ ὑστέρᾳ — fr. 584 R.: οὕτω γὰρ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμώνυμον ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας, cum illo loco de persona, non de indice sermo sit, hoc verba τὴν ἐν Αὐλίδι ab aliquo grammatico interpretandi causa addita esse possunt. cf. Hipp. p. 28, 29.

Aliarum tragoediarum hae nominantur:

Aristoph. Ran. 53: Ἀνδρομέδα
Thesm. 850: τὴν καινὴν Ἑλένην μιμήσομαι.
Pac. 1011: Μήδεια
Ran. 855, 64: Τήλεφος
863: Πηλεύς, Αἴολος
864: Μελέαγρος
Strattis ap. schol. Eur. Or. 269: Ὀρέστης
Aristot. Poet. 15. 1454 a 29 — 25. 1461 b 21: Ὀρέστης
18. 1456 a 17: Νιόβη
15. 1454 b 1 : Μήδεια
23. 1459 b 7 : Τρῳάδες
25. 1461 b 21: Αἰγεύς
14. 1454 a 5 : Κρεσφόντης
Eth. Nic. ι. 6. 1167 a 33: Φοίνισσαι
γ. 28. 1110 a 28: Ἀλκμαίων
Rhet. γ 16. 1417 a 15: Οἰνεύς
β 23. 1400 b 23: Ἑκάβη.
Aeschines κ. Τίμ. § 152: Φοῖνιξ
Demosth. de fals. leg. p. 418: Φοῖνιξ.

Philocles.

Schol. Aristoph. Av. 282 D: τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ, ἣν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις ἀναγράφει · ἔστι δὲ ὁ Φιλοκλῆς τραγῳδίας ποιητής κτλ. Nota hic quoque Aristotelem nomen tetralogiae attulisse.

Agatho.

Arist. Poet. 9. 1451 b 21: Ἄνθος.
18. 1456 a 18: χρὴ δὲ ..... μὴ ποιεῖν ἐποποικὸν σύστημα τραγῳδίαν · — σημεῖον δὲ ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ἐποίησαν καὶ μὴ κατὰ μέρος ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην καὶ μὴ

Digitized by Google

ὥσπερ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν ἢ κακῶς ἀγανίζονται, ἐπεὶ καὶ Ἀγάθων ἐξέπεσεν ἐν τούτῳ μόνῳ. 'Probabile hinc est Ἰλίου πέρσιν Agathonis drama fuisse' (cf. Nauck. p. 592).[1])

Dicaeogenes.

Arist. Poet. 16. 1455 a 1: Κύπριοι.

Meletus.

Schol. Plat. p. 893 a 14: ᾧ ἔτει οἱ Πελαργοὶ ἐδιδάσκοντο καὶ ὁ Μέλητος Οἰδιπόδειαν καθῆκεν (ἔθηκεν ante Meinekium), ὡς Ἀριστοτέλης Διδασκαλίαις. Hic rursus tetralogiae nomen comparet.

Chaeremon.

Arist. Poet. 1. 1447 b 21: ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων ποιοῖτο τὴν μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον. Drama πολύμετρον dixit Athenaeus XIII p. 608 E.

Antiphon.

Arist. Eth. Eud. 7, 4. p. 1209 a 37: Ἀνδρομάχη.
Rhet. 2, 2 p. 1379 b 15: Μελέαγρος.
2, 23. p. 1399 b 26: „ „

Carcinus.

Arist. Eth. Nic. 7, 8. 1150 b 10: Ἀλόπη.
Rhet. 2, 23. 1400 b 9 : Μήδεια.
3, 16. 1417 b 18: Οἰδίπους.
Poet. 16. 1454 b 23: Θυέστης.

Theodectes.

Arist. Rhet. 2, 23. 1399 b 28: Αἴας.
„ „ „ 1400 a 27: „ „
„ „ „ 1397 b 3 : Ἀλκμαίων.
Poet. 18. 1455 b 21: Λυγκεύς.
Rhet. 2, 24. 1401 a 35: Ὀρέστης.
Poet. 16. 1455 a 9: Τυδεύς.

[1]) Aristophanes, cum Thesm. 153 ex Agathone quaeri facit: οὐκοῦν κελητίζεις, ὅταν Φαίδραν ποῇς; aut totam tragoediam aut personam eius designavit. v. 547: Μελανίππας ποιῶν Φαίδρας τε ... certe personas dixit.

Digitized by Google

Astydamas.

Arist. Poet. 14. 1453 e : *Ἀλκμαίων.*

Porro ab Aristotele hae **incertorum poetarum** tragoediae nominantur: Probl. ιθ 48. 922 b 13: *Γηρυόνης,* fortasse Nicomachi cf. Nauck. p. 591.

Poet. 16. 1455 a 1: *Ἕλλη.*
23. 1459 b 6: *Εὐρύπυλος.*
18. 1456 a 1: οἱ *Ἰξίονες* patheticae tragoediae.
23. 1459 b 5: *Νεοπτόλεμος.*
15. 1454 a 31 — 26. 1461 b 32: *Σκύλλα.*
Ὀδυσσεὺς ὁ ψευδάγγελος poet. 16. 1455 a 13. cf. Nck. 652.

Comoediarum poetae.

Eupolis.

Aristoph. Nub. 553: *Μαρικᾶς.*

Anaxandrides.

Aristot. Rhet. γ 12. 1413 b 24: *Γεροντομανία.*

Cratinus.

Aristot. Didasc. fr. 578. 1573 a 11: *Πυτίνη.*

Aristophanes.

Eupol. ap. Sch. Arist. Nub. 550: *Ἱππῆς*
Aristoph. Ach. 301 et Nub. 553: „ „ cf. p. 21.
Arist. Rhet. γ 2. 1405 b 30: *Βαβυλώνιοι*
„ Didasc. fr. 599. 1573 a 25: *Εἰρήνη*
„ b 20: *Πελαργοί.*

Ameipsias.

Arist. Didasc. fr. 578. 1573 a 12: *Κόννος.*

Postquam de operum poeticorum titulis egimus, sequitur, ut ad **libros oratione pedestri scriptos** transeamus. Primi autem eorum conditi sunt ad studia ab auctoribus in philosophia et historia consumpta cum maiore hominum numero communicanda. Quorum titulos, qui ad nos pervenerunt, non

Digitized by Google

genuinos, sed a grammaticis posterioribus iis praefixos esse cum aliunde cognosci potest, tum ex summa locorum, quibus aetate classica quae vocatur vetustiorum philosophorum et rerum scriptorum commemoratio fit. Quotiescumque enim his temporibus de eorum scriptis sermo est, numquam certus quidam qui proprie vocatur titulus nominatur, sed saepius talis significatio adhibetur, ut eum nondum exstitisse videamus.

Iam primum de **philosophis** quid a nobis erutum sit, exponemus atque a Xenophanis et Parmenidis scriptis initium capiemus. Ita autem de eis agemus, ut argumentis non tantum ex scriptoribus classicis quos dicimus, verum etiam aliunde petitis posteriorem originem titulorum traditorum et accuratius et uberius demonstremus.

Xenophanes.

Omnium operum, quae Xenophani a veteribus scriptoribus attribuuntur, facile principem locum obtinet carmen versibus hexametris compositum, quo philosophus homines de natura rerum docere studuit. Inter eos, qui de Xenophanis placitis hoc libro expositis egerunt, imprimis nominandi sunt Aristoteles, Theophrastus, Timo Phliasius, quos in explicandis illius sententiis ex ipso fonte hausisse apertum est. Aristoteles enim Rhet. I, 15 et II, 23 duo Xenophanis scripta affert. Theophrastus autem apud Simplicium Comm. in Arist. Phys. f. 6 A philosophi Eleatici argumenta rationesque indicat, quibus in philosophando usus est. Timo denique apud Sextum Emp. Hypot. Pyrrh. I, 33 sect. 224 in sillis Xenophanem facit de philosophia accuratius disputantem. Sed nemo scriptorum, quos modo nominavi, libri, quem Xenophanes de rerum natura scripsit, titulum commemorat. Ne in libro pseudoaristotelico quidem, qui inscribitur de Xenophane, Zenone, Gorgia, titulus invenitur. Diogenes Laertius quoque, qui de Xenophane egit et omnes quos cognovit titulos afferre solet, de huius scripti nomine tacet. Haec enim de Xenophane IX, 18 profert: *γέγραφε δὲ καὶ ἐν ἔπεσι*[1]) *καὶ ἐλεγείας καὶ ἰάμβους καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα.* Galeni autem, Sexti, Philoponi,

[1]) *Ἔπη* hoc loco versus hexametros carminis de philosophia conditi significare apertum est. cf. Thuc. I, 3 — III, 104 — Plat. Civ. II. 379^b — III, 386 — X, 602^b — Phaedr. 252^b.

Digitized by Google

Simplicii non iam in manibus fuisse carmen ex his locis patet: Galenus Sabini cuiusdam de Xenophane sententiam reiciens Theophrastum testem nominat in Hippocr. de Nat. hom. I, sect. I. T. III p. 98 F: *καὶ Θεόφραστος δ' ἂν ἐν ταῖς τῶν φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομαῖς τὴν Ξενοφάνους δόξαν, εἴ περ οὕτως εἶχεν, ἐγεγράφει.* — Sextus autem plures Xenophanis versus citat, interdum vero ita, ut dicat se eos non certa auctoritate, sed aliorum tantum fama accepisse: vide e. g. adv. Math. X, 313: *Ξενοφάνης δὲ κατ' ἐνίους · „ἐκ γῆς κτλ.“* — Io. Philoponus in Arist. de anima C p. 8 dicit: *οὔτε γὰρ τὰ συγγράμματα τῶν ἀνδρῶν τούτων* (e quibus unus est Xenophanes) *πρόχειρα ἡμῖν ἐστιν, οὔτε ὁ Ἀριστοτέλης πλέον τι τούτων ἱστόρησεν.* — Simplicius in Arist. de caelo 127 Xenophanis sententiam exponens confitetur: *ἀγνοῶ δὲ τοῖς τοῦ φιλοσόφου Ξενοφάνους ῥήμασι τοῖς περί τούτων οὐκ ἐντυχών κτλ.* — Itaque illorum scriptorum temporibus Xenophanis scriptum iam deperditum fuisse colligendum est. Quod cum ita sit, Pollucis (VI, 46) et Stobaei (Ecl. I, 294), qui nomen *περὶ φύσεως* commemorant, de titulo testimonia verendum est ne pro nihilo sint habenda. Carminis argumentum, non inscriptionem, quam carmini praefixam invenissent, videntur voluisse significare. Accedit, quod versus, quos in libro *περὶ φύσεως* fuisse dicunt, Xenophani suppositi esse videntur. cf. Mullach. Fragm. phil. Gr. I p. 102 ad fr. 8 et p. 107 ad fr. inc.

Neque maior fides titulis traditis satirarum habenda est, quibus Xenophanes poetas et philosophos exagitavit. Quae aliter ab aliis scriptoribus significantur. Ad easdem enim satiras haec nomina haud dubie referenda sunt: *σίλλοι* ap. Strab. XIV, 28 p. 643 et schol. Arist. Equ. 406 et Procl. ad Hesiod. *ἔργ. α* p. 67 Heins. et Eust. in Il. II p. 154 — *παρῳδίαι* ap. Athen. II, 54 — *ἴαμβοι* ap. Diog. L. IX, 18. Cum tam varie satirae Xenophanis vocatae sint, non credi potest earum certam quandam inscriptionem umquam fuisse.

Diogenes Laertius VIII, 36 et IX, 18 et Athenaeus IX, 368[e] elegias a Xenophane compositas esse tradunt, sed his locis non eo adducimur, ut hac significatione generali ipsum poetam titulo usum esse putemus.

Quod autem Diogenes IX, 20 dicit: *ἐποίησε δὲ καὶ Κολοφῶνος κτίσιν καὶ τὸν εἰς Ἐλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμόν, ἔπη διςχίλια,* haec scripta utpote spuria huc non pertinent.

Digitized by Google

Parmenides.

Parmenidis carminis, qui vulgo inscribitur *περὶ φύσεως*, titulum nec Plato nec Aristoteles laudant, quamquam in illius doctrina accuratius exponenda elaboraverunt. Neque vero Theophrastum carminis nomen significasse hoc loco potest probari: Diog. Laert. VIII, 55: *ἱ δὲ Θεόφραστος Παρμενίδου φησὶ ζηλωτὴν αὐτὸν γενέσθαι καὶ μιμητὴν ἐν τοῖς ποιήμασι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐν ἔπεσι τὸν περὶ φύσεως λόγον ἐξενεγκεῖν.* Multo aetate posteriores demum scriptores titulos tradunt: Sextus Empiricus (adv. Math. VII, 111) et Simplicius (f. 137) titulo *περὶ φύσεως* carmen notant. Simplicium autem dicentem: *ἢ ὅτι περὶ φύσεως ἐπέγραφον τὰ γράμματα καὶ Μέλισσος καὶ Παρμενίδης — οὐ παρῃτοῦντο περὶ φύσεως ἐπιγράφειν* — in suo exemplari illam inscriptionem repperisse apparet. Ita autem Parmenidem ipsum librum suum inscripsisse inde non potest colligi. Neque adeo verisimile est, cum, si hoc ita esse statueretur, cur alii scriptores aliis carminis significationibus usi essent, vix explicari posset. Porphyrius enim Antr. nymph. C 22 Parmenidis scriptum *φυσικὸν* appellat, Suidas et Eudocia p. 361 *φυσιολογίαν*. Ex hac titulorum varietate Parmenidem ipsum titulum non inscripsisse nescio an possit concludi. — Duplex autem est carminis Parmenidei argumentum: de veritate et de opinionibus: cf. Simpl. f. 137: *συμπληρώσας τὸν περὶ τοῦ ὄντως ὄντος λόγον καὶ μέλλων περὶ τῶν αἰσθητῶν διδάσκειν ἐπήγαγεν* ... Procl. in Parm. TV p. 130: *καὶ αὐτὸς Παρμενίδης τὰ μὲν πρὸς ἀλήθειαν ἔγραψε, τὰ δὲ πρὸς δόξαν.* — Philop. Phys. I A p 9 sqq: *καὶ αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ περὶ γενέσεώς φησι καὶ οἱ αὐτοῦ ὑπομνηματισταί, ὅτι ὁ Παρμενίδης, ἐν τοῖς πρὸς δόξαν, πῦρ καὶ γῆν ἔλεγεν εἶναι τὴν ἀρχὴν τῶν πάντων, ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἀλήθειαν, ἓν εἶναι τὸ πᾶν κτλ.* — Philop. in Arist. Phys. (I, c. 5) lit. C. p. 11: *Παρμενίδης ἐν τοῖς πρὸς ἀλήθειαν ἓν εἶναι λέγων τὸ ὄν, ἐν τοῖς πρὸς δόξαν τὰ ἐναντία ἀρχὰς ὑπετίθετο κτλ.* — Atque priorem carminis partem appellat Proclus in Tim. 5 A: *περὶ τῶν ὄντως ὄντων*, Simplicius *περὶ τοῦ ἑνὸς ὄντος*, Philoponus Phys. I A p. 9: *περὶ ὄντος* — alteram partem Philoponus l. l. *περὶ αἰσθητῶν*, Timaeus *δοξαστά*, Plutarchus Amator. p. 756 F: *κοσμογονίαν*. Quin etiam duos libros legisse videtur Philoponus, quippe qui haec scribat: *ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τῶν νοητῶν ἦν αὐτῷ ἐν τοῖς πρὸς ἀλήθειαν ὁ λόγος, τοῦτο περὶ ὄντος ἐπέγραψε τὸ βιβλίον·*

Digitized by Google

ἐν δὲ τοῖς πρὸς δόξαν περὶ αἰσθητῶν ὁ λόγος, ἅπερ καὶ **Τίμαιος** δοξαστὰ προσηγόρευσεν. — Sed Parmenidem ea, quae de ente disseruit et quae deinceps de natura canit, uno ordine contexuisse ex Parmenidis ipsius verbis apparet, quae Simplicius (Phys. f. 7, b) tradidit:

> Ἐν τῷ σοι παύω πιστὸν λόγον ἠδὲ νόημα
> ἀμφὶς ἀληθείης · δόξας ἀπὸ τοῦδε βροτείας
> μάνθανε, κόσμον ἐμῶν ἐπέων ἀπατηλὸν ἀκούων.
> Μορφὰς γάρ . . . .

Itaque nec carmen in duos libros Parmenidem divisisse nec peculiarem titulum utrique parti inscripsisse apertum est.

Hoc certum est Xenophanem et Parmenidem, si quos titulos carminibus suis inscripsissent, Ionica dialecto, non Attica usuros fuisse.

Postquam paullo aliter quam antea disserui, iam ad complures locos Platonis me convertam, qui ob rationem **Zenonis** et **Anaxagorae** libros commemorandi memorabilissimi sunt. Certe eum his locis titulos, si ei noti fuissent, commemoraturum fuisse verisimile est: Parm. 127 c οἱ καὶ δὴ ἀφικέσθαι τὸν Σωκράτη καὶ ἄλλους τινὰς μετ' αὐτοῦ πολλοὺς ἐπιθυμοῦντας ἀκοῦσαι τῶν τοῦ Ζήνωνος γραμμάτων (unum opus significari ea quae sequuntur docent) . . . . ἀναγιγνώσκειν οὖν αὐτοῖς τὸν Ζήνωνα αὐτόν, τὸν δὲ Παρμενίδην τυχεῖν ἔξω ὄντα καὶ εἶναι πάνυ βραχὺ ἔτι λοιπὸν τῶν λόγων ἀναγιγνωσκομένων . . . d καὶ σμικρὰ ἄττ' ἔτι ἐπακοῦσαι τῶν γραμμάτων . . . e ἆρα ταῦτ' ἔστιν ὃ βούλονταί σου οἱ λόγοι οὐκ ἄλλο τι ἢ διαμάχεσθαι . . . 128 a : καλῶς συνῆκας ὅλον τὸ γράμμα ὃ βούλεται . . . τῷ συγγράμματι . . . b σὺ δ' οὖν τὴν ἀλήθειαν τοῦ συγγράμματος οὐ πανταχοῦ ᾔσθησαι . . . c τὸ γράμμα . . . ἔστι δὲ γ' ἀληθὲς βοήθειά τις ταῦτα τὰ γράμματα τῷ Παρμενίδου λόγῳ . . . τοῦτο τὸ γράμμα.

Anaxagoras: Apol. Socr. 26 d : τὰ Ἀναξαγόρου βιβλία (agitur de uno tantum libro, cf. Diog. Laert. I, 16: οἱ δὲ ἀνὰ ἓν συγγράψαντες Μέλισσος, Παρμενίδης, Ἀναξαγόρας . . .) — Phaedo 57 b : ἐκ βιβλίου τινός, ὡς ἔφη, Ἀναξαγόρου ἀναγιγνώσκοντος . . . πάνυ σπουδῇ λαβὼν τὰς βίβλους ὡς τάχισθ' οἷός τ' ἦν ἀνεγίγνωσκον . . —

Digitized by Google

Quid autem de his Platonis locis dicamus, quibus unum ex scriptis **Protagorae** *Ἀλήθεια* nuncupatur Theaet. 161: *τὰ μὲν ἄλλα μοι ἡδέως* (Prot.) *εἴρηκεν, ὡς τὸ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ ἔστι· τὴν δ' ἀρχὴν τοῦ λόγου τεθαύμακα, ὅτι οὐκ εἶπεν ἀρχόμενος τῆς Ἀληθείας, ὅτι πάντων χρημάτων μέτρον ἐστὶν κτλ.* — 162: *εἰ ἀληθὴς ἡ Ἀλήθεια Πρωταγόρου, ἀλλὰ μὴ παίζουσα ἐκ τοῦ ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο.* — 166: *ἐγὼ* (Prot.) *γάρ φημι μὲν τὴν ἀλήθειαν ἔχειν ὡς γέγραφα.* — 170: *ἆρ' οὐχὶ ἀνάγκη, εἰ μὲν μηδ' αὐτὸς ᾤετο μέτρον εἶναι ἄνθρωπον, μηδ' οἱ πολλοί, ὥσπερ οὐδ' οἴονται, μηδενὶ δὴ εἶναι ταύτην τὴν ἀλήθειαν, ἣν ἐκεῖνος ἔγραψε;* — Crat. 391: *Ἄτοπος μεντἂν εἴη μου, ὦ Σώκρατες, ἡ δέησις, εἰ τὴν μὲν ἀλήθειαν τὴν Πρωταγόρου ὅλως οὐκ ἀποδέχομαι, τὰ δὲ τῇ τοιαύτῃ Ἀληθείᾳ ῥηθέντα ἀγαπῴην ὥς του ἄξια;* cf. Theaet. 171 c et Crat. 386 e. Nonne Plato hic ita loquitur, quasi ad librum Protagoreum significandum titulo notissimo utatur? Et, si res ita se habeat, num dubitare possumus, quin ipse Protagoras nomen *Ἀλήθεια* in libro suo inscripserit? Re vera Usener in mus. Rhen. XXIII p. 162 hoc confidenter credit. Quid vero? Hic index frustra quaeritur apud omnes, qui postea titulos scriptorum huius sophistae commemoraverunt. Immo idem liber, quem Plato notat, a Sexto Empirico adv. dogm. I, 60 p. 382 F *Καταβάλλοντες* (scil. *λόγοι*) et a Porphyrio ap. Euseb. X, 3 p. 468 B *περὶ τοῦ ὄντος* nominatur. Dixerit quispiam Porphyrium non inscriptionem libri afferre voluisse, sed argumenti significationem ad philosophorum scripta designanda saepissime usurpatam. Atque rem ita accipiendam esse nihil impedit, quominus cum Usenero consentiamus. At nomen *Καταβάλλοντες* Sextus certe in libro inscriptum legit. Nam praeterquam quod talis libri nominatio ex palaestra aperte petita adeo rara est et mira quadam cogitandi sollertia electa, ut Sextum, cuius non nisi se intellegi interfuit, eam sua sponte commentum esse incredibile sit, vetustas eius gravi Euripidis testimonio probe stabilitur. His enim verbis poeta Tiresiam vatem deorum opiniones a patribus acceptas ab impia sophistae disciplina defendentem facit:

Bacch. 200 N. *οὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσι·*
πατρίους παραδοχάς, ἃς δ' ὁμήλικας χρόνῳ
κεκτήμεθ', οὐδεὶς αὐτὰ καταβαλεῖ λόγος,
οὐδ' εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν ηὕρηται φρενῶν.

Quodsi Euripidem versu 203 nomen *Καταβάλλοντες* innuisse iure contendimus, id quod vix negari potest, statuamus necesse

Digitized by Google

est ambas appellationes et Euripideam et Platonicam aetate horum virorum ita pervulgatas fuisse, ut iis adhibitis statim de eodem libro cogitaretur. Quid igitur de eis iudicemus? Quomodo fieri potuit, ut et hoc nomen et illud his temporibus aeque bene usurpari possent? Quid si ex eis duplicem indicem Protagoras confecit? Sed contra id monendum est duplices indices ab aetate classica adeo alienos esse, ut Graeci ne ad dramata quidem vocanda, quorum tituli maxime proprii sunt, iis usi sint; cf. Hippenst. l. l. p. 34 sqq. Neque magis verisimile est unum tantum nomen aut *Ἀλήθεια* aut *Καταβάλλοντες* libro praescriptum fuisse.[1]) Nam sive Protagoras duplices titulos sive simplicem ei praetexuit, Diogenes Laertius in titulis enumerandis vix antiquissimos et ab ipso auctore profectos omisisset.[2]) Nihil igitur superest nisi ut putemus ex ipsius scripti contextu, quicumque id legerat, eum ultro utrumque nomen desumere potuisse. Fortasse in libro Protagoreo *Ἀλήθεια* ut principalis persona dialogi (cf. haec verba supra laudata: *εἰ ἀληθής ἡ Ἀλ., ἀλλὰ μὴ παίζουσα ἐκ τοῦ ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο* — et *τὰ τῇ τοιαύτῃ Ἀληθείᾳ ῥηθέντα*) se opiniones sibi contrarias profligaturam esse — *καταβαλεῖν* — magna cum ostentatione gloriata est, ita ut haec vox aliquo modo premeretur. Quidquid autem id est, hoc probavisse mihi videor eum de quo agimus librum genuino titulo ab ipso auctore inscripto caruisse.

Quod autem Xenophon Memor. II, 1, 21 unum ex **Prodici** libris *τὸ σύγγραμμα τὸ περὶ τοῦ Ἡρακλέους* appellat, inde non sequitur eum de proprio titulo cogitasse, immo contraria species est.

Ut apud Platonem nusquam librorum a philosophis vestustioribus scriptorum ullius quem nos dicimus tituli mentio fit, ita etiam in Aristotelis scriptis locus nullus est, unde pateat eum illorum ullius libri inscriptionem cognovisse, quamquam saepissime eorum scripta commemorantur. Hoc quidem modo **Empedoclis** opus physicum ab Aristotele significatur: Meteor. δ 4. 381 b 32: *ὥσπερ τὰ Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησεν ἐν τοῖς φυσικοῖς· „ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας“* — et Probl. *κα* 22. 929, 16: *ὥσπερ*

[1]) Bergk Hist. litt. Gr. I p. 222 censet *Ἀλήθ.* genuinum titulum esse, *Καταβάλλ.* popularem significationem.

[2]) Adnoto Bernaysio in mus. Rhen. VII p. 464 Diogenem librum Protagorae *Ἀντιλογίαι* vel *Ἀντιλογικά* appellavisse visum esse. cf. contra Schanz., Beitr. zur vorsokr. Philos. I p. 31 sq.

Digitized by Google

καὶ Ἐ. μετήνεγκεν ἐν τοῖς φυσικοῖς· „ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας“ (φυσικοῖς aperte legendum pro lectione tradita Περσικοῖς), sed Empedoclis librum τὰ φυσικά inscriptum fuisse duobus quos modo attulimus locis non probatur. Porro autem non totum Empedoclis carmen hoc loco vocatur: Phys. β 4. 196ª 22: λέγει γοῦν ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ. Nam non solum de mundi ortu, sed etiam aliis de rebus in Empedoclis carminibus agi eius quae supersunt fragmenta plane demonstrant.

Hic est locus, ut de **dialogorum Platonicorum** indicibus loquamur. Quem ipsum scriptis suis titulos praefixisse iam inde facile concluditur, quod philosophus poetas dramaticos imitans dialogos scripsit. Sed multo certioribus argumentis hac in re nobis uti licet. Ipse enim Plato Politic. 284ᵇ his verbis ad dialogum suum, qui Sophistes inscribitur, relegat: Πότερον οὖν καθάπερ ἐν τῷ Σοφιστῇ προσηναγκάσαμεν εἶναι τὸ μὴ ὄν, ἐπειδὴ κατὰ τοῦτο διέφυγεν ἡμᾶς ὁ λόγος, οὕτω καὶ νῦν τὸ πλέον αὖ καὶ ἔλαττον μετρητὰ προσαναγκαστέον γίγνεσθαι μὴ πρὸς ἄλληλα μόνον ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τοῦ μετρίου γένεσιν; Nisi hunc locum interpolatum esse sumimus, id quod mera suspicio esset omni auctoritate destituta, Platonem eos qui Politicum lecturi sint, dialogi a sese indice Σοφιστής instructi commonefacere statuamus necesse est. Quid autem quod Aristoteles magistri sui doctrinam exponens eosdem titulos eius scriptorum affert, qui ad nos pervenerunt? Huc pertinent hi loci Aristotelici, ubi citantur:[1]) ἡ Πολιτεία: Pol. δ 4. 1491ª 11 (Eth. M. 1194ª 6) — Pol. ϑ 7. 1342ª 33ᵇ 23 — ε 12. 1316ª 17ª 1ª 39ᵇ 6ᵇ 15.

Quod Aristoteles duobus locis Pol. δ 7. 1291ª 11 et 1293ᵇ 1 dicit Πλάτων ἐν ταῖς πολιτείαις, non de titulo cogitat, verum de rei publicae formis in Republica et in Legibus tractatis. cf. Pol. β 6. 1264ᵇ: σχεδὸν δὲ παραπλησίως καὶ περὶ τοὺς νόμους ἔχει τοὺς ὕστερον γραφέντας· διόπερ περὶ τῆς ἐνταῦθα πολιτείας ἐπισκέψασθαι μικρὰ βέλτιον.

οἱ Νόμοι: Pol. β 6. 1264ᵇ 26 — 9. 1271ᵇ 1.[2])

---

[1]) cf. Ueberweg. Unters. üb. d. Echth. u. Zeitf. Platon. Schrift. p. 132—184.

[2]) Hic non omittam hunc Isocratis locum afferre: Philipp. 13, ubi de νόμοις καὶ πολιτείαις ταῖς ὑπὸ τῶν σοφιστῶν γεγραμμέναις loquitur. Isocrates cum aliorum tum Platonis opera de legibus et de rebus publicis scripta dicere videtur. cf. Zeller. II, 1, p. 385, 1.

Digitized by Google

ὁ *Τίμαιος*: (De caelo γ 2. 300 b 17 — α 10. 280 a 30) — De an. 2. 404 b 16 — 3. 406 b 26 — (De caelo β 13. 293 b 32 — γ 8. 306 b 19 — γ 1. 300 a 1 — δ 2. 308 b 4) De gen. et corr. β 1. 329 a 13 — 28. 325 b 25 — 2. 315 b 30 — β 1. 329 a 12 — 5. 332 a 29 — Phys. δ 2. 209 b 11 — 210 a 2 (αι 2. 437 b 11. 15. αν 5. 472 b 6)

ὁ *Φαίδων*: Met. A g. 991 b 3 — μ 5. 1080 a 2 — De gen. et corr. β 9. 335 b 10 — (Meteor. β 2. 355 b 32)

ὁ *Γοργίας*: Top. ι 12. 173 a 8

ὁ *Φαῖδρος*: Rhet. γ 7. 1408 b 20

ὁ *Ἱππίας*: (Hipp. min.) Metaph. δ 29. 1025 a 6 (*διὸ ὁ ἐν τῷ Ἱππίᾳ λόγος παρακρούεται*).

Dignum est, quod commemoretur Aristotelem de additamento *ἐλάττων* nobis tradito tacere. Quod spurium esse non solum hoc loco probatur, sed etiam eo, quod eum dialogum, qui *Ἱππίας μείζων* inscribitur, falso Platoni vindicatum esse verisimillimum est; cf. Zeller. II 1, p. 218. Atque omnino ex illis locis apparet a Platone quoque nonnisi simplices indices scriptos esse. Ea igitur additamenta, quibus aucti nobis traditi sunt, spuria sunt.

ὁ *Μένων*: Anal. pr. β 21. 67 a 21 — post. γ 1. 71 a 29.[1])

Platonis libros semper eodem modo ab Aristotele significari loci supra citati sunt testimonio. Itaque titulos ab Aristotele Platonis libris tributos eorum quibus utebatur exemplarium inscriptiones fuisse apertum est.

Non tituli, sed argumenti significationes his locis invenimus: Pol. β 4. 1262 b 11: *ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς λόγοις* (*λέγοντα τὸν Ἀριστοφάνην*): de Platonis Symposio agi certum est; cf. Zeller. II, 1 p. 298, 4.

Rhet. γ 7. 1408 b 20. *Σωκράτης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ*: respicitur Menexenus. cf. Diels. Act. Acad. Berol. a. 1886: „De tertio libro rhet. Arist." p. 20 sqq.

Non inter Platonis libros referenda sunt: *αἱ διαιρέσεις*: De gen. et corr. β 3. 330 b 16 — *αἱ γεγραμμέναι διαιρέσεις* De part. an. α 2. 642 b 11. Neque hunc esse titulum verisimile est. cf. Zeller. II, 1 p. 380 sqq. Addo etiam Prodicum Aristotele teste Top. β 6. 112 b 22 *διαιρέσεις* scripsisse.

[1]) Nihil moror, quod Schaarschmidt (Plat. Schr. 342, 383) Menonem et Hippiam minorem ab Aristotele Platoni attributos esse negat; cf. Zeller. II, 1 p. 392 not. 3. 393, not. 2.

Digitized by Google

Transeamus ad eos locos, ubi **Aristoteles** ad sua ipsius scripta revocat. Qui tam varias eorundem librorum significationes exhibent, ut credi nequeat philosophum usquam indices afferre ab ipso operibus suis praefixos. Hoc ita esse non est, quod miremur, cum non nisi de eis scriptis agatur, qui non dialogi atque ut Platonici *ἐκδεδομένοι* vel *ἐν κοινῷ γιγνόμενοι* vel *ἐγκύκλιοι* fuerunt, sed ad usum Aristotelis tantum et paucorum discipulorum eius conditi sunt (cf. Zeller. II, 2 p. 109—138), ita ut certis quibusdam inscriptionibus carere possent, quibus unusquisque lector de argumento alicuius scripti doceretur. Ita etiam optime discrepantia explicatur, quae saepius intercedit inter eos indices, qui in codicibus nostris exstant, et eos, qui in tabulis scriptorum Aristoteleorum nobis servatis enumerantur. cf. edit. Academ. V, p. 1463 sqq. His autem modis Aristoteles ad sua scripta delegat:

Vocantur Analytica et priora et posteriora *τὰ ἀναλυτικά* (Top. *θ* 11. 162ª 11 — 13. 162ᵇ 32 — *ι* 2. 165ᵇ 9 — Rhet. *α* 2. 1356ᵇ 9 — 1357ª 30ᵇ 25 — 1403ª 5, 12), illa autem etiam *τὰ περὶ συλλογισμοῦ* (Anal. post. *γ* 3. 73ª 14, 15 — 11. 77ª 34). Additamenta igitur *πρότερα* et *ὕστερα* ab Aristotele ipso nondum adhibita sunt.

Topica quattuor diversis modis notantur: *τὰ τοπικά* Anal. *α* 1. 24ᵇ 12 — *β* 15. 64ª 37 — Rhet. *α* 1. 1355ª 28 — 2. 1355ᵇ 12 — 1358ª 29 — *β* 22. 1396ᵇ 4 — 23. 1398ª 28 — 1391ª 6 — 25. 1402ª 35 — 26. 1403ª 32 — *γ* 18. 1419ª 24 — *τὰ μεθοδικά* Rhet. *α* 2. 1356ᵇ 19 — *τὰ διαλεκτικά* Rhet. *β* 22. 1396ᵇ 26 — 24. 1401ª 2 — *ἡ πραγματεία ἡ περὶ τὴν διαλεκτικήν* Anal. *α* 30. 46ª 30 — *τὰ ἐριστικά* Rhet. *β* 24. 1402ª 3.

Specialis ultimi Topicorum libri titulus nobis traditus *π. σοφιστικῶν ἐλέγχων* vel *σοφιστικοὶ ἔλεγχοι* nusquam apud Aristotelem comparet neque ab eo profectus est, cum hae sint Aristotelicae notationes Sophisticorum Elenchorum: *τὰ τοπικά* Anal. *β* 17. 65ᵇ 16 (De interpret. 11. 20ᵇ 26) — *τὰ μεθοδικά* Rhet. *β* 24. 1401ª 2. cf. Zeller. II, 2. 73, 1.

Id opus, quod in codicibus inscribitur *Φυσικὴ Ἀκρόασις*, nominatur: *τὰ φυσικά* Met. *μ* 1. 1076ª 9 — Phys. *θ* 1. 151ª 9 — 3. 253ᵇ 8 — 10. 267ᵇ 21 — Met. *Λ* 10. 993ª 11 — *κ* 1. 1059ª 34 — 6. 1062ᵇ 31 — *η* 1. 1042ᵇ 8 — *τὰ περὶ φύσεως* Met. *Λ* 3. 983ª 33 — 4. 985ª 12 — 5. 986ᵇ 30 — 7. 988ª 21 — *μ* 9. 1086ª 23. *τὰ φυσικά* et *τὰ περὶ φύσεως* adeo non sunt genuini

Digitized by Google

tituli huius operis habendi, ut eadem nomina etiam libros de caelo ac de gen. et corr. complectantur: Met. *A* 8. 989ª 24 — D 8. 1073ª 32 (cf. *η* 1. 1042ᵇ 7 — *κ* 6. 1062ᵇ 31 — *μ* 9. 1086ª 23.)

Physicorum pars prior: *οἱ λόγοι οἱ περὶ τὰς ἀρχὰς εἰρημένοι* De caelo *α* 6. 274ª 21 — pars posterior *τὰ περὶ κινήσεως* De caelo *α* 5. 272ª 30 — 7. 275ᵇ 22 — *γ* 1. 299ª 10 — De gen. et corr. 3. 318ª 3 — Met. *Θ* 8. 1049ᵇ 36, (De sensu et sensili 6. 445ᵇ 19) — *τὰ περὶ χρόνου καὶ κινήσεως* De caelo *γ* 4. 303ª 23 — Physicorum sextus liber: *τὰ καθόλου περὶ φύσεως* Phys. *Θ* 5. 257ª 34 — *τὰ περὶ κινήσεως* Phys. *Θ* 8. 263ª 11. Adde Simplicium (Phys. 190ª. 216ª. 258ᵇ. 320ª) tradere Aristotelem eiusque amicos Theophrastum et Eudemum quinque priores libros nominavisse *φυσικά* vel *περὶ ἀρχῶν φυσικῶν*, tres posteriores *περὶ κινήσεως*.

Inscriptio alius operis, quae in nostris manuscriptis invenitur, *Περὶ Οὐρανοῦ* Aristoteli ignota fuit, cum hoc modo periphrastico notandi utatur: *τὰ περὶ τὸν ἄνω τόπον θεωρήματα* Meteor. *α* 3. 339ᵇ 36.

Opus, quod vulgo inscribitur *Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς*, ita citatur: *περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς* Meteor. *α* 1. 338ª 25 — *τὰ καθόλου περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν* de an. *β* 5. 417ª 1 — de gen. an. *δ* 3. 768ᵇ 23 — *τὰ περὶ στοιχείων*: de an. *β* 11. 423ᵇ 29 — (de sensu et sensili 4. 441ᵇ 12) — *τὰ περὶ μίξεως* de sens. et s. 3. 440ᵇ 3, 13. (Meteorologica: *τὸ βιβλίον τὸ περὶ μετεώρων* de plant. *β* 2. 822ᵇ 32).

De anima: *τὰ περὶ ψυχῆς* de sensu et s. 1. 436ᵇ 10, 14 — 3. 439ª 8, 16, 18 — 4. 440ᵇ 28 — de mem. et rem. 1. 449ᵇ 30 — de somn. et vign. 2. 455ª 8, 24 — de insomn. 1. 459ª 15 — de resp. 8. 474ᵇ 11 — de motu an. 6. 700ᵇ 5 — de gen. an. *β* 3. 736ª 37.

Hanc inscriptionem in communem usum posteriorum hominum receptam *περὶ Αἰσθήσεως καὶ Αἰσθητῶν* non genuinam aut certe spurio additamento auctam esse ex his notationibus apparet (cf. Ideler. Arist. Meteor. I, 650 — II, 358): *τὰ περὶ αἰσθήσεως* Meteor. 3. 341ª 14 — *γ* 2. 372ᵇ 9 — Part. an. *β* 7. 653ª 19 — 10. 656ª 29 de gen. an. *ε* 2. 781ª 21 — 7. 786ᵇ 25. 788ᵇ 1 — *τὰ περὶ τὰς αἰσθήσεις*: de gen. an. *ε* 1. 779ᵇ 22.

De somno et vigilia: *τὰ περὶ ὕπνου* Part. an. *β* 7. 653ª 19 — *τὰ περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως* de long. et brev. vit. 1. 464ᵇ 31.

Digitized by Google

De respiratione: τὰ περὶ ἀναπνοῆς Part. an. γ 6. 669ª 4 — δ 13. 696ᵇ 2. 667ª 22.

„Historiam animalium" octo diversis rationibus citari memorabile est. Sunt autem hae: αἱ περὶ τῶν ζώων ἱστορίαι De resp. 12. 477ª 5 — Part. an. β 1. 646ª 9 — 17. 660ᵇ 2 — de gen. an. α 5. 716ᵇ 31 — αἱ ἱστορίαι αἱ περὶ τὰ ζῶα de resp. 16. 478ª 28 — Part. an. δ 5. 680ª 1 — 8. 684ᵇ 4 — 13. 696ᵇ 14 — de gen. an. α 4. 717ª 33 — 20. 728ᵇ 13 — ἡ ἱστορία ἡ περὶ τὰ ζῶα Part. an. γ 14. 674ᵇ 16 — δ 10. 689ª 18 — ἡ ζωικὴ ἱστορία Part. an. γ 5. 668ᵇ 29 — ἡ φυσικὴ ἱστορία Part. an. β 3. 650ª 31 — de inc. an. 1. 704ᵇ 10 — αἱ ἱστορίαι de resp. 16. 478ᵇ 1 — de gen. an. α 11. 719ª 10 — β 4. 740ª 23 — 7. 746ª 14 — γ 1. 750ᵇ 31 — 2. 753ᵇ 17 — 8. 758ª 24 — τὰ περὶ τὰς ἱστορίας de gen. an. γ 10. 768ª 10 — ἡ ἱστορία de gen. an. γ 11. 763ᵇ 16.

De partibus animalium: τὰ περὶ τὰ μέρη τῶν ζώων de vit. et m. 4. 468ᵇ 32 — οἱ περὶ τῶν μορίων λόγοι de gen. an. α 15. 720ᵇ 20 — αἱ αἰτίαι αἱ περὶ τὰ μέρη τῶν ζώων de gen. an. ε 3. 782ª 21.

De incessu animalium: τὰ περὶ πορείας τῶν ζώων Part. an. δ 11. 690ᵇ 15 — τὰ περὶ πορείας Part. an. δ 11. 692ª 17 — τὰ περὶ πορείας καὶ κινήσεως τῶν ζώων Part. an. δ 13. 696ª 19 — τὰ περὶ τὰς τῶν ζώων κινήσεις de caelo β 2. 284ᵇ 13.

De generatione animalium: τὰ περὶ τὴν γένεσιν τῶν ζώων Part. an. δ 4. 678ª 19 — τὰ περὶ τὰς γενέσεις τῶν ζώων δ 12. 695ª 27 — 14. 697ᵇ 29 — τὰ περὶ τὴν γένεσιν Part. an. γ 14. 674ª 20 — δ 12. 693ᵇ 24 — τὰ περὶ γενέσεως de sensu et s. 4. 442ª 3 — Hist. an. α 5. 489ᵇ 17 — Part. an. β 3. 650ᵇ 10 — 7. 653ᵇ 16 — 9. 655ᵇ 25 — γ 5. 668ª 8 — δ 4. 678ª 25 — 10. 689ª 18 — 11. 692ª 16.

Problemata: τὰ προβλήματα Meteor. β 3. 363ª 24 — De vit. et m. 4. 470ª 18 — Part. an. γ 15. 676ª 18 — de gen. an. β 8. 747ᵇ 5 — δ 4. 772ᵇ 11 — 7. 775ᵇ 27 — τὰ προβληματικά de somn. et vig. 2. 456ª 29.

Nomen *Μετὰ τὰ φυσικά* primo demum ante Christum saeculo Aristonicus ex loco petivit, in quo id de quo agitur opus in scriptis Aristotelicis disponendis collocavit. cf. Zeller. II, 2, p. 80, 1. Hic igitur rursus clare intellegimus nostras inscriptiones Aristotelis scriptorum nobis servatorum sero ortas

Digitized by Google

esse. Ipse Aristoteles multo aptius hoc opus nominavit: ἡ πρώτη φιλοσοφία Phys. α 9. 192ª 35 — β 2. 194ᵇ 14 — De caelo α 8. 277ᵇ 10 (cf. Met. κ 3. 4. 1061ᵇ 5. 25: φιλοσοφία — Met. σ 1. 1026ª 19 — ϑ 7. 1064ᵇ 3: ϑεολογική — Part. an. α 5. 645ª 4: ἡ περὶ τὰ ϑεῖα φιλοσοφία — Met. α 1, 2: σοφία — Phys. η 1. 251ª 7: μέϑοδος) — τῆς ἑτέρας καὶ προτέρας διελϑεῖν ἐστι φιλοσοφίας ἔργον de gen. et corr. α 3. 308ª 6 — τὰ περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας de mot. an. 6. 700ᵇ 8.

Ethica Nicomachea: τὰ ἠϑικά Met. *A* 1. 981ᵇ 25 — Polit. β 2. 1261ª 31 — γ 12. 1280ª 17 — δ 11. 1295ª 36 — η 13. 1232ª 8 — οἱ ἠϑικοὶ λόγοι Pol. η 13. 1332ª 22 — οἱ κατὰ φιλοσοφίαν λόγοι ἐν οἷς διώρισται περὶ τῶν ἠϑικῶν Polit. γ 12. 1282ᵇ 20. Nota hanc circuitionem.

Politica: τὰ πολιτικά Rhet. α 8. 1366ª 21.

Ars rhetorica: τὰ περὶ ῥητορικῆς Poet. 19. 1456ª 35.

De poetica: τὰ περὶ ποιητικῆς Rhet. α 11. 1372ª 1 — γ 1. 1404ª 38 — 2. 1404ᵇ 7 — 1405ª 5 — 18. 1419ᵇ 5 — Pol. ϑ 7. 1341ᵇ 40 — τὰ περὶ ποιήσεως Rhet. γ 2. 1404ᵇ 28.

Deperditorum librorum hi citantur:

Ἀνατομαί De somn. et vig. 3. 456ᵇ 2 — de resp. 8. 474ᵇ 9 — 16. 478ᵇ 1 etc. (saepissime cf. Bonitz. Ind. Aristot. v. Ἀριστοτ. p. 104a) — τὰ ἀνατεμνόμενα de resp. 16. 478ª 28 — τὰ περὶ ἀστρολογίαν de caelo β 10. 291ª 29 — τὰ ἀστρολογικὰ ϑεωρήματα Meteor. α 3. 339ᵇ 8 — τὰ περὶ ἀστρολογίαν ϑεωρήματα 8. 345ᵇ 1. cf. Zeller. II, 2 p. 91. — διαιρέσεις Pol. 98ᵇ 18 et Top. β 3. 330ᵇ 16. cf. Zeller. l. l. p. 79. ἐκλογὴ τῶν ἐναντίων Met. γ 2. 10004ª 2ᵇ 34 — ἡ διαίρεσις τῶν ἐναντίων Met. ι 3. 1054ª 30 — 4. 1055ᵇ 28 — κ 3. 1061ª 15. cf. Zeller. ibid. (Θεοδέκτεια Rhet. γ 9. 1410ᵇ 2. cf. Zeller. l. l. p. 76.) αἱ τῶν Πυϑαγορικῶν δέξαι Met. 5. 986ª 12. ἡ φυσιολογία ἡ περὶ φυτῶν Part. an. β 10. 656ª 2 — de gen. an. α 1. 716ª 1 — de sensu et s. 4. 442ᵇ 25 — τὰ περὶ φυτῶν Hist. an. ε 1. 539ª 20 — de gen. an. α 23. 731ª 29 — Meteor. β 3. 359ᵇ 20.

Num etiam alios libros Aristoteles citaverit, ex eis scriptis, quae supersunt, certo non potest colligi.

Vidimus vetustiores scriptores Graecos opera sua propriis indicibus non instruxisse. Quamquam autem inscriptiones, quas nos dicimus, ab ipso opere aliquo modo separatae libris priore litterarum classicarum Graecarum aetate oratione pedestri scriptis

Digitized by Google

non praefigebantur, tamen scriptores ne tum quidem omittere solebant de se operisque sui argumento pauca praeponere, ita ut primis verbis quodam indicum genere uterentur. Talia librorum initia complura nobis servata sunt, quae hic sequuntur (cf. Diels. Herm. XXII, p. 436 not.):

Democritus unum ex scriptis suis, ut videtur, id, quod postea inscribebatur *Μικρὸς διάκοσμος*, sic incipit: *Τάδε περὶ τῶν συμπάντων [λέγω]* (Sext. Empir. adv. math. VII, 265 — Cic. Acad. II, 23).

Alcmaeon: *Ἀλκμαίων Κροτωνιάτης τάδ' ἔλεξε* (Diog. VIII, 83).

Ion *Τριαγμούς* ita incipit: *Ἀρχὴ ἥδε μοι τοῦ λόγου.* Complures **veterum medicorum** ita docere ordiuntur: *Περὶ μὲν τῆς ἱερῆς νόσου καλεομένης ὧδ' ἔχει — Τοὺς ἰδιώτας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι* — Euryphron (?): *Περὶ δὲ τῆς γυναικείης φύσιος καὶ νοσημάτων τάδε λέγω.* cf. Diels. l. l.

Hippocrates de aere: *Ἰητρικὴν ὅστις βούλεται ὀρθῶς ζητεῖν τάδε χρὴ ποιεῖν* — de morb. mulier.: *Τάδε ἀμφὶ γυναικείων νούσων φημί.*

Hecataeus (*Γενεαλογίαι*): *Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται· τάδε γράφω ὥς μοι δοκεῖ ἀληθέα εἶναι* (Demetr. *π. ἑρμην.* § 12).

Herodotus: *Ἡροδότου Ἁλικαρνησέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε.* Dignum est, quod commemoretur Aristotelem, ut Herodoti opus significet, Rhet. III 9. 1449ª 25, ubi de elocutione loquitur, non titulum proprie dictum afferre, sed totum primum prooemii enuntiatum sane lectioni codicum nostrorum non prorsus conveniens, tamen Dielsio (l. l. p. 440 not.) adnotante Duridis quoque testimonio confirmatum. Ibi enim dicit: *ἡ μὲν οὖν εἰρημένη λέξις ἡ ἀρχαία ἐστίν· Ἡροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίης ἀπόδειξις·*[1] *ταύτῃ γὰρ πρότερον μὲν ἅπαντες, νῦν δὲ οὐ πολλοὶ χρῶνται· λέγω δὲ εἰρημένην, ἣ οὐδὲν ἔχει τέλος καθ' αὑτήν, ἂν μὴ τὸ πρᾶγμα λεγόμενον τελειωθῇ κτλ.* Quibus ex verbis satis patet Aristotelem totum scriptum, non initium tantum in mente habere. Porro nota Polybium quoque Herodotum secutum opus suum appellavisse *ἱστορίαν ἀποδεικτικήν* I, 1, 14 — III, 31 — V, 75.

Antiochus: *Ἀντίοχος Ξενοφάνεος τάδε συνέγραψε περὶ Ἰταλίας ἐκ τῶν ἀρχαίων λόγων τὰ πιστότατα καὶ σαφέστατα.* (Dionys. arch. I 12 p. 34.)

---

[1]) Birt animadvertit haec verba paene hexametrum rhythmum exhibere.

Digitized by Google

Thucydides: *Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους.*

Posteriores demum grammatici vetustiorum scriptorum Graecorum libris inscriptiones praefixerunt a sese aut ex talibus prooemiis aut ultro ex toto librorum argumento formatas. Quas hic enumerare inutile est.

Quotiescumque autem ipsi priorum temporum scriptores de suis vel aliorum operibus loquuntur, universis significationibus uti solent. Ita Herodotus VI, 137 hoc modo **Hecataei** scripta commemorat: *Πελασγοὶ ἐπεί τε ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐξεβλήθησαν, εἴτε ὦν δὴ δικαίως εἴτε ἀδίκως· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχω φράσαι πλὴν τὰ λεγόμενα, ὅτι Ἑκαταῖος μὲν ὁ Ἡγησάνδρου ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι λέγων ἀδίκως.*[1]) Eodem modo **Herodotus** suum ipsius opus simpliciter *λόγον* nominat: II, 122: *ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται, ὅτι τὰ λεγόμενα ὑπ' ἑκάστων ἀκοῇ γράφω*

---

[1]) Herodotus hoc loco Hecataei scripta *λόγους* appellans, utrum eorum in mente habuerit, non dici potest. Ab omnibus enim scriptoribus aetate posterioribus, qui Hecataei scripta accuratius citant, inter opus geographicum et historicum distinguitur: *γῆς περίοδος* (ap. Strab. XII, 828; Athen. X, 67, 447 C; Suid. s. v. *Ἑλλάν.*) vel *περιήγησις* (ap. Ael. Herod. *π. μον. λέξ.* p. 31; Athen. II. p. 70, X, 447 C, IX, 410 E; Steph. Byz. fr. 37, 42, 75 Müll. etc.) et *ἱστορίαι* (Demetr. de eloc. § 2; Steph. Byz. fr. 333, 343) vel *γενεαλογίαι* (Athen. IV, 148; Steph. Byz. fr. 335, 336, 344 etc.) Hac varietate significationum non minus quam Herodoti nominatione de proprio indice, quem ipse Hecataeus inscripserit, cogitare vetamur. Hic dixerit quispiam peculiare opus geographicum ab Herodoto hoc loco significari, quo Hecataeum ab Herodoto vituperari verisimillimum est, IV, 36 (cf. Baehr. Herodoti Mus. II, p. 371): *γελῶ δὲ ὁρέων γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς ἤδη καὶ οὐδένα νόον ἔχοντας ἐξηγησάμενον, οἳ Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ τὴν γῆν, ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου, καὶ τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεόντων ἴσην.* Sane Schweighaeuser in Lexic. Herod. I, 204 hunc locum sic affert scriptum: *γελῶ δὲ ὁρέων Γῆς περιόδους κτλ.* Sed equidem Baehrio aliisque viris doctis assentior, qui *γῆς περιόδους* non de scripto, sed de tabula geographica intellexerunt. Verbo quidem *περίοδος* apud Herodotum V, 49 (*τῷ δὴ ἐς λόγους ἦιε, ὡς Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, ἔχων χάλκεον πίνακα ἐν τῷ γῆς ἁπάσης περίοδος ἐνετέτμητο καὶ θάλασσά τε πᾶσα καὶ ποταμοὶ πάντες*) tabula geographica significatur, in qua totius terrae ambitus insculptus est. Neque etiam apud Aristoph. Nub. 207 (*αὕτη δέ σοι γῆς περίοδος πάσης*) *γῆς περίοδος* aliter accipi potest. Accedit quod Agathemerus I, 1 tradit: *Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος ἀκουστὴς Θάλεω· πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι γράψαι· μεθ' ὃν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος ἀνὴρ πολυπλανὴς διεκρίβωσεν ὥστε θαυμασθῆναι τὸ πρᾶγμα.*) Atque verbum *γράφειν* cum participio coniunctum nostro loco vix aliud valere potest quam „pingere, delineare".

Digitized by Google

— VII, 152 *καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον, ἐπεὶ καὶ τοῦτο λέγεται, ὡς ἄρα . . .* I, 5 *τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶτον, ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας τοῦτον σημήνας προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου* — VI, 19 *τὸ μὲν νῦν ἐς τοὺς Ἀργείους ἔχον ἐπεὰν κατὰ τοῦτο γένωμαι τοῦ λόγου τότε μνησθήσομαι* — ibid. *τῶν δ' ἐν τῷ ἱρῷ τούτῳ χρημάτων πολλάκις μνήμην ἐτέρωθι τοῦ λόγου ἐποιησάμην.* Singulas autem partes operis sui noster *λόγους* appellat: V, 36 *ὡς δεδήλωταί μοι ἐν τῷ πρώτῳ τῶν λόγων* resp. ad I, 92 — I, 75: *τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὀπίσω λόγοισι σημανέω* resp. ad I, 107 — VII, 93 *ἐν τοῖσι πρώτοισι τῶν λόγων εἴρηται* resp. ad I, 171 — II, 38 *τὰ ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἐρέω* resp. ad III, 28 — II, 161 *τὴν ἐγὼ μεζόνως μὲν ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι ἀπηγήσομαι* resp. ad IV, 159 — V, 39 *τὸν ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ σημανέω ὡς ἐγένετο* vid. VI, 103 — V, 22 *καί δὴ καὶ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι ἀποδέξω* resp. ad VII, 137. Addo hos locos, qui ad eos *λόγους* delegant, quos, quominus operi suo noster insereret, morte impeditus esse videtur (cf. Schoell. Philol. IX 207): VII, 213 *δι' ἄλλην αἰτίην τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι σημανέω* (de Ephialte) I 184: *βασιλέες τῶν ἐν τοῖοι Ἀσσυρίοισι λόγοισι μνήμην ποιήσομαι.* Quodsi Herodotus titulum proprie dictum scripto suo sibi praefigendum esse censuisset, eum nomen *λόγος* vel *λόγοι* electurum fuisse cum aliqua probabilitate dici potest, praesertim cum Hecataei quoque scripta eodem modo citet. Non est igitur mirum, quod Pausanias V, 26, 4 hanc significationem Herodotei operis exhibet (*ἐν τοῖς λόγοις*).

Quae cum ita sint, haud difficile est iudicare de his locis: Lucian. Herod. 1: *οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν, ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ ἐννέα αὐτάς.* Eadem fere exstant in libro Quom. hist. conscr. § 42. — Suid.: *ἐπιγράφονται δὲ οἱ λόγοι αὐτοῦ Μοῦσαι.* Has inscriptiones novem librorum Herodoti etiam eam ob causam spurias esse oportet, quod Herodotus talem in libros divisionem operis sui nondum instituit; cf. Birt. De re librar. p. 446. Ex prooemio desumptus esse videtur titulus *ἱστορίαι*, qui apud posteriores scriptores saepissime invenitur.

Thucydides res inter bellum Persicum et Peloponnesiacum gestas tractans de **Hellanico** historico haec profert: 1 97 *τούτων ὅσπερ καὶ ἥψατο ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ Ἑλλάνικος βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνησθη.* Idem scriptum et Harpocratio (s. v. *Ἐρυθραῖοι, Παναθήναια* etc.) et Eusebius (Praep. ev.

Digitized by Google

X, 10, p. 489) nominant *Ἀτθίς*. Qui titulus Thucydidi ignotus fuisse videtur. Vix enim Thucydides, si hoc nomen in exemplari suo inscriptum fuisset, hanc notationem, quae postea propria operum de rebus Atticis scriptorum facta est, usurpare omisisset.

Postquam orationis solutae scriptorum philosophos et medicos et historicos tractavimus, iam ad **rhetores** transeamus. Quorum conscriptas et editas orationes certis quibusdam titulis instructas Aristotelis temporibus lectas esse ex his qui infra sequuntur locis concludendum est. Accedit quod iidem tituli maximam partem etiam aliunde nobis traditi sunt, id quod multis locis satis probatur.

Arist. Rhet. *γ* 14. 1416^{a} 1: **Gorgiae** *ἐγκώμιον εἰς Ἠλείους*
,, *ὁ Ὀλυμπικὸς λόγος*[1])
(cf. Philostr. V. Soph. p. 14 — Paus. VI, 17, 8 — Plut. Graec. coni. VII, 425 H.)

Ab eodem fortasse compositus est *ὁ Ἀλέξανδρος*, qui Rhet. *β* 23. 1398^{a} 22 et *β* 24. 1401^{b} 20 commemoratur. cf. Keil. Anal. Isocrat. p. 132.

Eth. Eud. 5. 1236^{b} 6: **Antiphontis** *π. μεταστάσεως* (Harpocr. sexies.)

Rhet. *γ* 1. 1404^{a} 14: **Thrasymachi** *οἱ ἔλεοι*, i. e. communes loci ad misericordiam excitandam collecti (cf. Quint. III, 1, 12).

γ 10. 1411^{a} 31: **Lysiae** (?) *ὁ ἐπιτάφιος* (cf. Diels. l. l. p. 4. sqq.)

α 13. 1373^{b} 18 — *β* 23. 1397^{a} 11: **Alcidamantis** *ὁ Μεσσηνιακός*.

γ 7. 1408^{b} 15 — 17. 1418^{a} 32 **Isocratis** *ὁ Πανηγυρικός* (cf. Tim. ap. Pseudolong. *π. ὕψ.* 4, 2 — Philostr. V. Soph. I, 17, 2 — Menand. *π. ἐπιδ.* c. 4. p. 391 Sp.) Ipse Isocrates hoc nomine utitur Paneg. V, 9. 84 — XII, 72 — Epist. III, 6.

γ 17. 1418^{b} 27 *ὁ Φίλιππος* (cod. Urb.)
,, ,, *ἡ ἀντίδοσις* (codd. *π. ἀντιδόσεως*)
,, ,, ^{a} 30 *ὁ συμμαχικός* (cod. Urb. *π. εἰρήνης*, *π. εἰρήνης ἢ συμμαχικός* vulg., *π. εἰρήνης* etiam Dionys. (Isocr. 7. Dem. 18.)

Scripta eorum, qui rationem et doctrinam artis, praecipue institutionem oratoriam composuerunt, Aristoteles communi nomine *τέχνη* notat:

---

[1]) Haud omiserim hic adnotare tertium librum rhetorices Aristotelicae, postquam a multis viris doctis huic philosopho abiudicatus est, a. 1886 a Dielsio in Actis Academiae Berolinensis commentatione, quae inscribitur „De tertio libro rhetor. Arist.“, ei certo tributum esse.

Digitized by Google

Coracis: Rhet. β 24. 1402ª 17
Theodori: „ „ 23. 1400ᵇ 16
Callippi: Rhet. β 23. 1391ª 16. 1400ª 4
Licymni: „ γ 13. 1414ᵇ 17 — 2. 1405ᵇ 7
Pamphili: „ β 23. 1400ª 4.

Aliorum scriptorum his locis commemoratio fit: Xen. de re equ. I prooem.: *συνέγραψε μὲν οὖν Σίμων περὶ ἱππικῆς.*
Isocrat. Bus. 4 **Polycratis:** *ἢ Βουσίριδος ἀπολογία.*
ἢ Σωκράτους κατηγορία.
Arist. Pol. α 11. 1258ᵇ 40: *ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἐνίοις γεγραμμένα περὶ τούτων οἷον Χαρητίδι τῷ Παρίῳ καὶ Ἀπολλοδώρῳ τῷ Λημνίῳ περὶ γεωργίας καὶ ψιλῆς καὶ πεφυτευμένης.*
Quibus locis verum titulum appellatum esse probari nequit.

Conclusio.

Postquam ex scriptoribus classicis locos ad librorum indices vel significationes pertinentes collegimus et vidimus, qui fructus inde ad eam quaestionem solvendam percipi posset, in quam titulos librorum Graecorum vocavimus, ad extremum, quae sit summa huius disputationis, simpliciter breviterque dicamus.

Vetustissimis Graecorum poetis, qui carmina sua eo consilio componebant, ut canerentur aut recitarentur, non ut legerentur, non opus fuit volumina titulis instruere. Qui indices scriptorum poeticorum ad aetatem classicam recedunt, ii populari ea nominandi consuetudine orti sunt. Ne ei quidem, qui oratione pedestri scripserunt, quamquam initio operum suorum legentes de se suoque in disserendo consilio certiores facere solebant, ita ut prooemia quodam modo indicum vice fungerentur, (cf. p. 41 sq.)inscriptionibus ab ipso contextu librorum separatis usi sunt. Inde a quinto demum saeculo, quo in Graecia maximeque Athenis satis magna mercatura librorum fiebat, ut, quid singuli continerent, iam primo obtuto cognoscere ementium et legentium interesset, scriptores *ἐπιγράμματα* operibus suis praefigere coeperunt. Dramata autem semper, quod nos quidem sciamus, priusquam agerentur, publicis inscriptionibus palam facta, deinde, cum litteris mandata essent, indicibus ab ipsis poetis notata sunt.

Denique moneo eam de qua egimus aetatem ut pulchra atque naturali simplicitate insignem a duplicibus indicibus abhorruisse.

Digitized by Google

Index scriptorum ob librorum titulos vel significationes tractatorum.

A.

Aeschylus 22
Aesopus 11
Agatho 26
Alcaeus 13 sq.
Alcidamas 44
Alcmaeon 41
Ameipsias 28
Anacreon 13 sq.
Anaxagoras 32
Anaxandrides 28
Antiochus 41
Antiphon 27—44
Aristeas 8
Aristophanes 21, 28
Aristoteles 37—40
Aristoxenus 11
Astydamas 28

C.

Callippus 44
Carcinus 27
Chaeremon 27
Corax 44
Cratinus 28

D.

Democritus 41
Dicaeogenes 27

E.

Empedocles 34
Eupolis 21, 28
Euripides 24
Euryphron (?) 41

G.

Gorgias 44

H.

Hecataeus 41 sq.
Hellanicus 43
Herodotus 41 sqq.
Hippocrates 41
Hipponax 11
Homerus 5—10
Hyperides 44

I.

Ion 41
Isocrates 44

L.

Licymnus 44
Lysias 44

M.

Meletus 14, 27
Musaeus 10

Digitized by Google

O.
Olen 10
Olympus 16
Orpheus 10

P.
Pamphilus 44
Parmenides 31
Philocles 26
Philoxenus 18
Phrynichus 22
Pindarus 13 sq.
Plato 35 sq.
Polycrates 45
Praxilla 14
Prodicus 34
Protagoras 33 sq.

S.
Simo 45
Simonides 13
Simus 3
Solo 12
Sophocles 24
Statinus 8
Stesichorus 12

T.
Terpander 16 sq.
Thamyras 10
Theodectes 27
Theodorus 44
Theognis 12
Thrasymachus 44
Thucydides 42
Timocreon 14
Timotheus 18
Tynnichus 14
Tyrtaeus 11

X.
Xenophanes 29 sq.

Z.
Zeno 32

Digitized by Google

VITA.

EDUARDUS LOHAN natus sum Gorliciae anno h. s. LXI a. d. IV Non. Mart. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis imbutus puer novem annorum in scholam realem primi ordinis, quae tum vocabatur, receptus sum. Quam maturitatis testimonio instructus autumno a. LXXX. reliqui. Deinde in universitate Berolinensi per unum annum in studium philosophiae et linguarum recentiorum incubui. Mox autem intellexi me linguae Graecae cognitione carentem interiorem et reconditiorem scientiam philosophiae et philologiae adipisci non posse. Itaque proximo anno munere militari perfunctus hanc linguam didici atque vere a. LXXXIV in gymnasio Gorlicensi examen superavi maxime ad linguas Graecam et Latinam spectans. Tum Vratislaviae studia philologiae recentioris per dimidium anni promovi atque Berolini et Marpurgi per terna semestria philologiae classicae et philosophiae operam dedi. Inde ab autumno a. LXXXVII studia litterarum ad quendam finem perducere conatus sum, ita ut mense Julio a. LXXXIX Marpurgi examen pro facultate docendi sustinere possem.

Eorum virorum, quorum scholis interfui, multum debeo Zellero, Vahlenio, Kirchhoffio, Dielsio, L. Schmidtio, Cohenio, Bergmanno, omnium autem plurimum Birtio, qui summa qua adsolet comitate atque benevolentia me cum in aliis rebus ad litteras pertinentibus tum in hac dissertatione componenda saepius adiuvit.

Typis express. Gorliciae Hoffmann & Reiber.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

SEP - 3 1964 ILL



Digitized by Google

Widener Library
3 2044 100 056 282